



A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

- + *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.
- + *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.
- + *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.
- + *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse <http://books.google.com>

A.

R.

P.

9.18.L.19

F. THOMAE

CAMPANELLAE

ORD. PRÆD. SAC. THEOL. MAG.

MONARCHIA

MESSIAE.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO D.


DIOBAPTISTÆ PALLOTTÆ

S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO,

Archiepiscopo Thesalonicensi, Ferrariaq; Apost. Sedis à latere Legato

D I C A T A.

CVM PRIVILEGIO.



ÆSII, Apud Gregorium Arnazzinum. M. DC. XXXIII

D.D. SUPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

P **R**

THE EIGHTH

三
卷之三

• 45 •

THE END

CDG I N H A N


A R P
F. THOMAE
CAMPANELLAE
ORD. PRÆD. SAC. THEOL. MAG.
MONARCHIA
MESSIAE

C O M P E N D I V M S C R I P T I S E C V N D I .

In quo per Philosophiam Diuinam , & Humanam , demonstrantur
Iura Summi Pontificis, Christianorum Patris , & Capitis , super uni-
uersum orbem in temporalibus, & spiritualibus: & Iura Principum,
filiorum, ac membrorum super subditos Populos, mirabili quadam,
nouaq; ratione.

Reipub. utilissima , in confusionem schismaticorum, & pseudo politi-
ticorum, & hereticorum: Ad extinguendum inter Principes Zelum,
discordiaq; ; & ad tutelam ipsorum mutuam ab inuicem , & ab
exteris sectarijs .

Item de Iuribus Regis Catholicorum in alterum Hemisphaerium , contra adulantes ,
& aduersantes .



APPROBATIONE
EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO.

DIJOBAPTISTAE PALLOTTAE

S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO, ARCHIEPISCOPO
TE SALONICEN. NEC NON FERRARIE
APOST. SEDIS A LATERE LEGATO.

F. ALBERTVS BONIVS, AE SINAS.
Lect. Ord. Prædicatorum E. P. S.



CAMPANA hęc, Eminentissime Princeps, quam
nuper Aſij in patria mea fundendam curauit, cū non
ex impuro falsatum opinionū zre, sed ex defēcato
doctrinę cælestis argento fit compaſita, gratum apud
omnium Catholicorum ūres; ſi in aliquem præz-
ealium locum collocaſetur ſonū dubio procul efficit
editura. Itaq; maxime certum habens quantum ad opera eximia ſu-
ſtentanda ſi ipſe propensus, reuocenter ſum ausus illam in aerea
tā Eminentissimi nominis arce collocaſe. Etenim in tanta celiſ-
tudine poſta, paterquam quod luquē Zolorum iſtibus haud erit
exposita, ab omnibus, cum omnes audire aueant, audietur. Præci-
bus tecum agerem, vt hoc onus ſubires, verū tu humanitas ſin-
gularis me abducit, ac recipit forſe, ypi, & Campanam reboſe tuę
virtutis ſuſtineas, & qui te illa donauit, humanissime in tuorum
ſamulorum cœtum recipias. Vale, & ſta Ecclesię Catholicę Vir-
tutum, nobilicanſq; Eminentissima Furris.

..... Donec fluctus Formica Maricos

Ebitat, ac totum teſtudo perambulet orbem.

Aſij xvi i. a. Kal. ſeptr. M. DC. XXXIII.

APPROBATIONES

Imprimatur si videbitur R. mo P. Magistro S. P.

Ant. Epus Bellicastr. vices gerens.

Approbatio Ad. R. P. Magistri F. Nicolai Riccardij, quin Regen-
tis in Collegio S. Tho. de Aquino Romæ in Conuentu S.
Mariæ super Minerviam, nunc vero Sacri Palatij Apostolici
R. mi Magistri.

Videlicet Regentis Sacri Apostolici Palatii Magistri, & Apostolico ordinis nostri Vicario,
banc de Monarchia Messie, & Iuribus Domini ecclesiastici dissertationem. Post repe-
titam, iterum atq; iterum extorquent, recte argumentam nobilissimum omnino pro dignita-
te tractatum esse a viro sapientissimo: & non solum esse omni reprobatione uscum, sed
omni dignam eulogio luculentissimam lucubrationem: nihilq; sacris Dogmatibus, aut probis
moribus repugnantem. Rome in S. Maria super Minerviam 4. Idus Ianuarii M. DC. XXIX.

Frater Nicolaus Riccardius.

Approbatio Ad. R. P. M. F. so. Thomæ Castaldi de Alasia, Supre-
mæ, & ovniuersalis Inquisitionis Romanae Vicecomissarij Ge-
neralis, ex commissione R. P. F. Nicolai Rodulfi Mag. Ord.
q[ui]s o[ste]n[t] Prædicatorum.

Quia ip[s]e opusculo de Monarchia Messie, & Iuribus Domini Ecclesiastici ab ad. R. P. B.
Thomâ Campanellâ m[ea] n[ost]ri Ord[inis] differunt, summi Pontificis super uniuersam Obrem di-
rectam in ipsius edificationem, & pr[ae]dictate Potestatem Monarchicam, non modò in
temporalibus, & si secundariis, misericordia ostendunt. Neq[ue] tam Principibus ins ultum
gubernandi tollunt, sed collectius, & fortius stabili, pulcherrimis rationibus ex Phyloso-
phie Divina i[de]o humana arcanis, efficaciter denuntiantur Catholicae Fidei. & Christi-
anae Politiae consentaneas eaq[ue] eruditio refert, ut dignissima esse censem, que ad Vrbis
& Orbis utilitatem typis mandentur. Dat. in Palatio S. offici Vrbis die 20. Junij 1630.
Ia est. D[omi]n[u]s Frater Joannes Thomas de Alasia.

Approbatio ex parte R. mi P. M. Generalis.

Nos Frater Vincentius Bartolus, Sac Theol. M[agister], & Prolis Siciliæ
Ord. Præd.

Videlicet supradictis attestationibus, facultatem damus, ex ordine, & commissione Reverendiss. P.
Magistri Generalis F. Nicolai Rodulfi R. P. M. Thomæ Campanellæ, ut librum acclimatatum
Monarchia Messie &c typis mandare possit, seruatis tamè seruandis: & quantum in
nobis est. In quorum fidem &c Dat. Rome in Conuentu S. Maria super Minerviam die
XXVIII. Junij M. D. C. XXX.

F. Vincentius Bartolus qui supra manu propria.

Loco & Sigillo:

Fr. Reginaldus Laccarinus Lector, & focius.

Imprimatur.



PRAEFATIO

DE NECESSITATE, ET UTILITA- TE, ET CONGRVENTIA HVIVS VOLVMINIS.

POCTQVAM optimis remedijis, per alteraz sapientiae logicam, Hæreticos, Gentiles, Iudeos, ac mahometanos ad fidem Dei uniuersalem, quæ optimum genus viuendi, dum sumus in corpore, portat, eternaq; deinde pollicetur, ostendit, acquiritq; vitâ, euocauimus. Et quoniam Atheistæ nos ab hac conuersione impediabant, eis occurimus rati validè, ut nequeant se ion victos fateti; consequens est, ut Principes, & Doctores commoneremus eos, qui monarchiam Christi parum considerantes, Pontifici Maximo ad tantum bonum nô obediunt. Propterea de messis monarchia prioribus libris, liber iste connectitur, super omnes utilissimus pluribus ex causis.

I. Ad conscientiarum consolacionem, quoniam re vera Christus super omnes Reges terre, Pastorem posuit. Petrus apostolorum Principem, nè à cultu Dei, qui est Reipublice inis, ac felicitatis tristes, deuiare queant.

II. Ad tutelam Principum præpotentiorum, & imbecilliū

A i sub

2

sub communione Patre: Dum enim sub Papatu militat; alter
alterius ditionem invadore nequit. Et dum fortiores contra
infideles pungant, ab alijs impediri non possint.

III. Ad totius mundi subjectionem, sub fidem Christi,
& sub dominio Christianorum Principum, qui supra ducen-
tas prouincias amisere, ab infidelibus, mahometanis, & heret-
icis, propria discordia nostorum, occupatas. Nec absq; hu-
ius libri preceptis obsecuat, recuperandi affulgere potest spes.

III. Quoniām perpetuae quarele, & rixæ inter Prin-
cipes & subditos populos grassantur; nec est qui possit eas tol-
lere. Vnde Aragonenses Tribunal Iustitiae inter ipsos, ac
Regem(natura duce) poluerunt; sicut Genua, Florentia, aliaq;
Ciuitates, exterum Iudicem, quem dicunt Potestatem, vt
Ius dicat inter proceres, & plebem, vecare consueuerunt.
Christus autem hanc potestatem super omnia Regna, in Pe-
tro posuit. Quam qui renuit, (vt ex hoc lib. ostenditur) reme-
dium diutimum, necessariumq; querit, & contra Dei volun-
tatem, & contra propriam utilitatem conatur.

V. Apprimè consulit Syntagma hoc Hispanorū Regi,
dum suam in nouū hemisphaerium monarchiam, ex Christi
monarchia iustificat, suisq; malis hinc medeja inuenit. Cō-
fali etiam amplius Gallorum Regi, quem Christi Resp.
crexit səpē labentem, & dum Ecclesie Romanæ roboranda,
operam nauat; inuenitur semper floruisse, ac amplificatum
ex hoc esse: vt & qui ipsam impetuere, corruisse simul ape-
ritur.

VI. Quoniā Hæretici, ac macchianellisti, contra dogma
hoc de unitate Christianorum sub Papatu passim scribunt,
vt discrepancia, & dissensio, ab unitate perdat Principes, po-
pulosq; Christi; Propterea utilis est liber, ad unitatem ex S.
literis, & summis Doctoribus, & Concilijs sanctis, & com-
muni bono, & Phylosophorum decretis, persuadens: & om-
nies discordias eradicans inter Principes, & fallacias per pseu-
do-


3

do theologorum, nutrientium Zizania ; dæregens ; auferensq;
de hoc scribentium Zelotyporum imperitiam , ita incautam,
vt pro concordia , & pace, bellum, ferant. Quæ omnia ex se-
quenti amplissimo patebunt Commentario ; cui non suffici-
unt, quæ in libro primo de monarchia Xpianorum ad Prin-
cipes pro communi bono polyticè scripseramus .



A 2

FVN



FUNDAMENTA AC REGVLAE

VNIVERSALES OMNIVM PRINCIPATVVM, AC
DOMINIORM, PRAVORVM, BONORVM, ME-
LIORVM, OPTIMORVM, PRÆCIPVE A V-
TEM VNUVERSALIS MONARCHIÆ MES-
SIÆ: QVÆ PHILOSOPHIA HVMANA,
AC DIVINA AGNOSCIT.

CAP. m pm:



I. M I N V S verè , absolute , ac veluti per essentiam , & per se dicitur de lute , & de facto ille , qui potest vti rebus , quoniam suis , quomodo cunque , & quandocumq; sibi libuerit . Hac quidem ratione solus Deus , vt dicitur in Hymo Angelico , est Dominus rerum , atq; hominum , quoniam ipsis prorsus sunt : ipsq; dedit eis esse corpus , & animam , & bona exteriora istis seruentia . Idcirco nascuntur , moriuntur , transmutantur in substantia , & qualitate , & quantitate , & operatione , quando , & quomodo illi placet .

II. Dominus per participationem , & secundum quid dicitur ille , qui potest vti rebus , & hominibus ea ratione , qua sibi à per se Domino conceduntur , suntq; sua , & dum , & quatenus , & quando sua ; at non quomodocumque , & quandocumque sibi placet , sed Deo . Dominus enim est , ait S. Thom. opus. 73. qui quod possidet , possidet ut suum . At homo omnia à Deo habet , & sub lege naturali , & positiva Dei .

III. Nullus igitur homo est dominus primo modo sui ipsis , (siue enim vti mus , siue morimur , domini sumus , inquit Apost.) neque animalium , neque herbarum , neq; rei alias cuiuscumque ; multò autem minus hominum ; quem non potest quomodolibet , ac pro arbitrio re villa vti , nec seipso , nisi fecerit .

A 2 dum

Hoc regulam ; quam mihi præfixit unus , & primus dominus Creator omnium , propterea quod ipsius non erant , qui eas non creauit , sed in usum accepit , ac regimen sub quibusdam rationis , ac legis limitibus , unde , & proprijs membris ut ad libuum , & animalibus , & plantis abutri , in lege Domini sapientia vetaatur .

III. **D**onatarius , Depositarius , Commodatarius , Mutuatarius , Emptor , Campor , Fœudatarius , dicuntur Domini rei datæ , vel Depositæ , vel Mutatae , vel Emptæ , vel Cambiæ , vel Infœudatæ , ea tantum rations , qua facta est ipsorum propria de Iure , & de facto ; & donec &c.

V. Quicunq; re quipiam vtitur aliter quam permittit ratio æterna , aut naturalis , aut scripta , tenetur ad restitutionem , aut homini , contra quem illam usurpat , aut Deo , cuius plus potestatis subreptitiæ , usurpata quam accepit . Idcirco , qui proprijs abutitur oculis , vel manibus , aut gladio , aut re quacumq; familiari prævæ : restituet Deo in poenis , aut in poenitentia , quicquid , & quantum usurpauerit . & quidem potiori iure , quam homini ablata restituuntur ; cui nimis eatenus tantum restituuntur , quatenus à Deo factus erat Dominus , & proprietarius abletorum à se . Iuxta hanc sensum recte dicunt Ambros. & Basil. & Isidor: panem , quem detinemus , & pecuniam quam in terram defodimus , non esse nostram eo quod abutimur illis , & tenemur ad restitutionem , hoc est , Deo , in poenam , nisi restituamus Deo in pauperibus suis . Nemo proprium dicat , quod plusquam sufficeret sumptum est &c. Nam de Iure primum nihil esset particulare ; & proprium cuiq; &c. Domini est Terra , & plenitudo eius . Partitio est de Iure Gentium , quod ab iniuritate suscepit occasionem , teste S. Clem. hoc est tunc quando Ius naturæ iugulat . &c.

VI. Homo nullus potest hominum esse Dominus , per se , absolutus , & primo modo , ita quod possit illi auferre bona , & vitam , quando , & quemodo sibi placet , eo modo quo Rex Turcarum facit iniuste plerumq; & sine causa , quandoquidem non ipse dedit illis vitam , & bona , nec aliud quipiam primo modo suum . Quod enim homo dat non sic est suum , sed à Deo accepit immediate , aut mediantibus genitoribus , aut amicis , aut per aliam quacumq; translationem , secundum quod Fatum , hoc est , Diuinus ordo , fert . Idcirco Donator transfert Dominium ; sed Deus non potest transferre à se in nos suum dominium ; quoniam impossibile est quod nos simus , aut , quod sint illæ res , quas habemus , absque eo quod dependant à Deo , in esse , & operari , & conseruari .

VII. Quando ergo dixit Deus , dominum in piscibus maris , volatilibus Cæli , & breviis terra , intelligitur , dominio participato , aut visuali , non absoluto , & illo de pleno ; nam etiam post quam esu a sumpta est res , ac in nostram conuersa substantiam , est Dei , & per Deum , & in Deo magis quam in nobis : & iuxta regulam Dei , illa nobis , in nobis vterendum est . ergo multo magis eis rebus , quæ nobis consubstantiatæ non sunt .

VIII. Vix aut nunquam legitur , quod Deus fecerit hominem dominum hominum , sed magis patrem tñ , aut Gubernatorem , id est Regem , aut Ducem , aut Parem . At quando homo sua prauitate vertitur in bestiam , sive Deus facie hominem dominum hominis ad punitionem eius . Sicut Moyses factus est Deus Pharaonis , & Nabuchodonosor dominus nationum , quod tamè iste non agnoscens , erat quasi carnifex vniuersalis ; sic sunt omnes Tyranni permissu Dei , teste Isaia .

IX. Quinimò nequè Rex , & Dominus Polycitus , nequè Dux , nequè Gubernator hominum , potest esse homo ; in quantum homo , & ex se ipso ; quoniama Dominus , aut Rector , debet esse omnium simul gubernandorum sapientissimus , & potentissimus , ut virtutibus eos exhortet , & à vitiis frenet ; Similiter , & amantisissimus sceleratibus ipsorum . & magis quam ipsi proprium cupiunt bonum , sicuti Pater , melius , atq; magis amat bonum filiorum , quam sciant amare ipsi met filij . Quapropter cum homo sit eiusdem speciei , non habet plus sapientia , neq;

neque virtus, quam omnes subdit eius. **C**onu, neque quam multi particulares : neque magis amato bonum publicum, quam omnes priuati simul ; sicut Capra non potest Caprarum esse Dominus, neque Taurus Bovem, nec Aquila Aquilarum, sed Pastor, qui homo est superior & excellentiorisq; speciei. Potest bone imperare, atque regere Capras, & Bubuculus Boves. Ideo enim bellus, quia carent Rege excellentioris speciei, vivunt in Anarchia, sicut Lupi, & Passeres; aut in Democratis, sicut Formicae, & Locusta, & Grues. Sed Apes in Regno, propter quod habent Regem superioris speciei, distinctum magnitudine, & colore ab eis. Plura quoque piserunt genera Regem habent a natura coronatum. At inter homines nemo nascitur cum corona in capite. ergo &c.

X. Potest homo naturaliter dominari, ac regere homines, non in quantum homo, sed in quantum est a Deo, vero dominatore auctoratus; accipiens a Deo fundamentum, aut titulum superioritatis, per naturam, aut per gratiam. Hic autem non quatenus homo, sed quatenus homo diuinus imperabit, & quatenus locutus est Dei; non tamquam princeps dicitur: nisi prius immediate surreit a Deo declaratus, vel medianibus sortibus diuino imperio, vel in remedium malitiae, usurpatus, aut electione, ut successione, aut victoria in bello iusto, contra eos tantum, qui dignos se fecerunt, ut subijceretur per vim, seruituti, sicut bestiales.

XI. Fundamentum Iuris dominandi inter bestias, vis corporalis sola videtur esse, sicut Aquila in Columbis, & Leo in feris dominatur. Sapientia, quoque est Dominij fundamentum, sed magis inter homines; namque, & ipse homo dominatur in Elephantibus, & Equos, & Boves fortiores se: & omnis artifex in actu exercito sui artificij naturae, etiam Regibus, vt Nauta in navigatione, Medicus in sanatione &c. Amor est tertium fundamentum Dominij, Pater enim in filiis dominatur, eo quod ipsos amat, sicut seipsum, nec eos potest decipere, aut iniuria afficere. Profecto inter eos, qui mutuo conglutinantur amore, dominium parum, sed fraternitas, & maioritas fraterna inuenitur. Hoc autem scilicet dominium, est etiam inter Bruas in patre ad filios.

XII. In primo ordine naturaliter dominatur qui est optimus, sapientissimus, & fortissimus, sicut David, in secundo sapientissimus, ac fortissimus, sicut Iulius Cesar. In tertio sapientissimus, sicut Mises. In quarto fortissimus, sicut Alex, & Tamerlanes, sed hic participat plus violentiae, impius tertius, minimus secundus; nihil primus. Ergo Tyrannus est dominatio omnino carens fundamento naturali, aut parum habens. Principatus vero Regius, est dominatio cum fundamento naturali, & melior quidem si pluribus ianititur fundamentis iam dictis.

XIII. Naturaliter igitur mas imperat feminis; sexus, suorumque; Pater filiis; fortis imbecilibus; prius impijs. At ubi Formimae, aut Luuenis, aut filius, aut imbecillis, sunt sapientiores masculis, aut senibus, aut Patribus, aut fortibus, strenuisq; &c. possunt imperare naturaliter Iure. Idcirco omnes tituli dominiorum, ut Electio, Successio, Donatio, Emptio, Ius bellicum, sunt naturales in persona sapientium, contra natura in persona ignorantum, nisi aliunde suppleantur. In mediocribus vero mediocriter. Sed impius quamvis sapientior, hoc est, doctor prius, non potest in eos Iure imperium sibi accipere. Nam absque honestate non fundatur titulus dominij, cum impietas sit distinctio, & separatio a Deo datore horum fundamentorum dominicorum: super quibus eriguntur tituli manifesti. At quidem potest tantummodo per violentiam impius dominium sortiri, Denique patente, ut sit eius carnifex; quod tamen ipse ignorat, sicut Canis. Concilium voluntatis heri, & tunc incipit dominium de Iure positivo fons; vel solum de facto. Loquor de impietate malignitatis, non ignorante solius.

IX. Qua propter, alij sunt Princeps natura, atque fortuna, sicut David, Cesar, Alexander; Alij natura, sed non fortuna, sicut Socrates, Cato, Pythagoras, & quisque

Distinctio Papum & quisq; vere sapientis: Alij fortuna, non autem natura. vt Dicitianus, Cambyses, Roboam. Alii partim natura, partim fortuna, vt Scipio, Camillus, An-

nibal (Naturam voco ius, super potentia, sapientia, & amore bono iunctis)

Fortunam vero euentum rerum, sicut in Decret. tit. de damno dato, & D. Tho-

Parenthesi. Apologetica contra Imperios. in p. 2. vocat bona fortuna, & D. Bernard. deplorat suam fortunam in morte

fratris Gerardi, serm. 82. super Cant. & Patres sic nominant Fatum, Casum, &

Fortunam, & Sortem. & Ecclesia canit, Nostramq; sors reduxerit. Hic autem

fortuna, est unus titulorum dominii, inter quos emptio est minus naturalis, er-

go magis fortuitus; & bellum iniustum minimè naturalis titulus est, & maxi-

mè fortuitus &c.

XV. Cum difficilimum sit inuenire Fortem, Sapientem, & Pium, videatur

sufficere sapientia, & fortitudo animi absq; vi corporis, si expers sit impietatis.

Nam experimur vnumquemq; hominem esse Regem in arte sua. & in eo quod

maxime scit. Nauta in naui est dominus dominius & uigantium, & imperat om-

nibus, præsertim tempore necessitatibus, & ipsi quoque Regi, & Principibus na-

uigantibus præcepit dicens: Tu mane illuc, sac tu ita; oportet cursu torquere

sinistrorum; si leto &c. & tunc quilibet ponit vitam, & felicitatem suam in

eo, quod obedit sapienti nautæ. Medicus imperat ergo principibus, & Re-

gi, & aliis; hiq; obediunt ei sicut sapienti. Pedagogus imperat pueris filiis Re-

gis. & Tutor pupillis, quamuis se nobilioribus; quoniam prebeat sapientia.

Qua proter palam est conuenire dominium cuilibet viro naturaliter in his, qua-

scit; & sapientiam esse maximum fundementum. Nam & ipsa sapientia, ca-

rensis viribus, vt uiribus alienis, pietatis autem illa expers esse non potest: si

enim scit Deum esse, restet nouit Deo ante omnia, & præ omnibus deberi obe-

dientiam, & regiminis finem esse Deum, vt etiam Plato in lib. de legib. often-

dit, finem Polytica esse cultum Iouis rerum officis, ac gubernatoris; ubi aut

finis est cōmodum principis, aut senatus principaliter, ibi Tyrannus est, & fragilis

politia.

XVI. Tunc verius secundum naturam Regis sapientiam est, quando obedere

illi felicitas est obedientium. Tunc autem Tyrannus ignarus, quando infelici-

citas. Idcirco in Principatibus hominum, cum primo regnassent potentes, & po-

tentia versa esset in Tyrannide, violenter, recurrerunt homines ad sapientiam,

vt non potentissimus, sed sapientissimus dominaretur, cui dederunt milites pro

fortitudine. Deinde cum sapientia facta esset sophistica, nocens dolo, & non

aperta vi, vti potentia, recurrerunt ad Amorem, vt Princeps esset, qui erat

optimus Reip. amantissimus, & ei præsiderunt de fortitudine aliorum, hoc est

militum, & satellitum, & de sapientia determinata per Rempub. quæ est lex.

Et quoniam neque omnibus horis Princeps, quamvis sapiens, sapit, sed nunc

nimiris hilares, nunc nimiris mestii, nunc acediosi, nunc iracundi; nec proinde

pussunt bono Reip. intendere semper ex animo, neque discernere bonum sem-

per verum ab apparenti, & ius: Idcirco Deus legem dedit hominibus, & Re-

gibus, quæ est sapientia publicæ, secundum quæ vñi omnes, & cum princi-

pe suo regi debeat.

XVII. Lex æterna est sapientia, qua Deus regit omnes suas creatureas ad de-

terminatos fines. Eius autem participatio est lex naturalis omnis i scriptis homi-

nium cordibus, & rebus cunctis indita, siue scripta sit extra, siue non sit. Quam

cum obscurassent homines, declarauit Deus per Moysen, ac deinde perfecit, ac

meliorauit, & eleuavit sapientia Dei incarnata per Euangelium. Ergo nulla lex

obligat Remp. nisi quatenus est explicativa legis æternæ, mediante diuinæ, natu-

rali, aut scripta, aut in quantum est applicativa illatum legum vñuerfaliuum

ad particulares personas, & locum, & tempus; & quando repugnat legi diuinæ,

scriptæ, aut naturali, non est lex, sed torta regula Tyranni, aut ignorantis, &

juxta hunc sensum conciliabis Gersonem, & Sotum absque errore.

XVIII. Quoniam verum, & connaturale dominium fundatur super viribus, *Distinctio Princis, & Tyranni*
præsertim animi, & super sapientia, & super amore publici boni : Tyrannis *pis, & Tyranni*
verò super robore, super astutia, & super amore proprio, & aliorum, non pro-
pter Deum, sed propter utile proprium, & gloriam, non Dei, & subditorum,
sed propriam. Idcirco inuectum est, ut defectum virium supplerent manus
communitatis, & defectum sapientiae lex, & quod bene collocetur dominium
in illo, qui perfectè amat Deum, & populos tamquam filios Dei ; & qui im-
perat in beneficium aliorum, & ponit vitam pro illis, ipse autem honorem mo-
dò, atque gloriam, à Deo præstolatur, cui gregem pascit, & cuius vicarius est:
A populis verò, non querit bona, neq; gloriam tamquam finem proprium, sed
tamquam medium quo se ipsum conseruet non contemptibilem, & possit obe-
dientiam exigere in beneficium ipsorum, quod ubique ex amore Dei fiet.

XVIII. Qui verò Deum amat, sapientissimus est, quoniam omnes igno-
ret scientias. Ac si robur animi habet, apertissimus est regimini, quoniam obser-
vator erit legis. Quæ quidem sapientia est, secundum quam ipse regitur, &
alios regi faciet. Ergo & sapiens erit in horis omnibus æqualiter. Nam neque
passione pervertetur, cum sit amator Dei legislator; nec ab infirmitate cor-
rumpetur, cum lex sit semper sana, eo, quo fuit scripta modo. Præterea q; certi
sumus, Deum proprijs amicis afflistere, quo minus errent, & hoc credunt populi
omnes.

XX. Trifariam acquiritur dominium verum, aut violentum. Primo ca-
ptiuando animos per virtutes, ut solent sapientes. Secundo corpora, sicuti qui
occupat aliena Regna. Tertiò bona exteriora, sicut Pyrati, & Prædones, &
Latrones. Hi postrem dominatum arripiunt, sed non retinent ad horam:
sicut Caecus, Sciarra, & Spendius. Sectundi ciro domini sunt ingentes, & ci-
tò dominatum amicunt, eo quod sapientiam ferendi leges vici, ac bonum
regimen non habent, sicut Tamerlanus, & Pyrrhus. Primi autem plerumq; vitam
amiciunt propriam, sed temporis lapii ipsi mortui imperant viuis, sicut
hodie Roma Petrus, & Paulus interficiunt. Qui autem armis, & sapientia simul
vuntur, citò vincunt, & dominantur, & diuturnam fundant dominationem,
sicut Moyses sapiens, & per apparentiam sapientie Mahometthus astutus, & Ro-
mulus, & Cinghus. At qui virtute sola incedit, & amore publici boni affluit,
omnibus anteit, probis atque etiam prauis.

XXI. Imò mors est sigillum veri dominij; quoniam Principes spurijs, & per
fortunam, querunt semper extinguiere Principes veraces, sicut Jugurtha, &
Abimelech fratres suos; ut docet faciendum impius Macchiavellus. Itaque cum
sapientes sint domini aliorum naturaliter, persecutiones patiuntur à Principibus
per fortunam principantibus, & calumnias, & mortem; At post mortem domi-
nantur iniustis spurijs. Illi tamen, qui sapientes fuerunt, & amantes publice
felicitatis, quoniam literæ patentes Iuris ipsorum in dominatum, & Regnum
illustrius eluescunt ex talibus fundamentis.

XXII. Naturalius est hominibus regi ab uno, quam à multis; quia in uno
vniueretur magis; & facilius inuenitur unus bonus, quam multi boni; & facilius
deliberat unus, & celerius, occurritq; necessitatibus, & casibus impropositis fa-
cilius unus, quam multi. Id ciro Republicæ consugiunt ad Dictatorem, & Du-
cem &c. Deinde unius boni inuenta est. Resp. multorum; defectu bonitatis
multorum; Resp. omnium. Ex qua degenerante, recurrit ad monarchiam.
Et ad facilitatem, & temperamentum, recursum est ad mixtum duorum, vel
trium modorum eiusmodi Regiminum, ut in Sparta.

XIII. Magis secundum naturam est Princeps unus per electionem, quam
per successionem adscitus. Ut omnium possit eligi optimus, & sapientissimus
& senio prudens, non autem puer ductore indigens &c. Sed ex quadam passione
Tyrannorum, introducta est successio in quibusdam nationibus; in quibusdā
verò in remedium malorum, & seditionum, quæ solent contingere Interregno;

*De acquirendori
Principatuum sua,
& ordine multis
pli.*

*Monarchia est ma-
gis sūm nām quam
alius dominandi
modus, qui eius de-
ficiū in uenti snt.*

*Vtrum electio Pri-
cipis melior sit
quam successio.
Cur introducta
successio.*

Et quia non omnes subito contendunt ad electionem optimi:

XXIII. Melius est eligere post mortem Principem, ne ipse viuens cogat, factum autoritate, eligi minus bonum, quem ipse amat.

XXV. Melius est accipere Principem ubicumq; inuenitur optimus, quam ex propria natione tantum, quando caret optimo; sicut Roma Pompilium.

XXVI. Melius est eligere optimum Principem ex numero Senatorum ex partorum in regiminibus inferioribus, & prudentia proeectorum, quam elegere quemlibet non expertum Iuuenem, licet sapientia praestantem.

XXVII. Melius est Celibem esse, quam in matrimonio, ne ab uxore, & filiis distrahatur ab optimo proposito, vel ipsorum vitijs sedetur; vel pigritus in seruore, & amore communis boni, vt Iustinus, & Samuel, & Salomon &c.

XXVIII. Optimus est si non populorum, sed Dei auctoritate fiat. Quippe cui libentius populi tamquam diuino dominatori obediunt. Atq; ipse cohibetur pudore à ferendis legibus impijs, & iniustis contrà propriam professionem; & studet, non labi in impietatem hereticam; quoniam tunc solum noscitur nō esse à Deo, ideoq; depositione dignus. Qua propter huic Principi conuenie Sacerdotium, sicut sigillum fortitudinis animi diuini, & sapientie, & amoris diuini erga Deum, & paternalis erga populos, quos tamquam filios solum agnoscit. Vbi plures dictarum conditionum adsunt, magis bonus est Princeps; vbi pauciores minores.

*Carissime Reip. et
Principem Sacra-
dotem utroq; gla-
dio muniri.*

XXIX. Conuenit eidem Principi, vt populo sit optimus, habere potestatem Spiritusalem, & temporalem. Secus enim, aut euaderet adulator Principum temporalium, quorum defensione indiget, & praevaricator legum; nec posset transgressores beliuitus castigare; nec Principes in officio continere; aut heresi præda hereticorum, & Pseudo prophetarum, & fallacium doctorum, insurgeantur contra illiteratos Laycos, & Sacerdotes inermes; sed utraq; potens potestate, omnes absque perturbatione regulare potest, & à vero sensu nō alienari.

XXX. Anima Reip. est Religio: quoniam ipsa reperitur in omni parte tota. & in toto Reip. corpore tota. Quandoquidem omnes tenentur eisdem iudei artis exercitare; & ipsa unitas omnes inter se, & cū Deo vinculis mirabilibus; & facit unitas et fortitudo; & amabilitatem. Spiritus autem, & sancta tuus anima innumentum est lex particularis Principi, qui spiritus itambulant per diversos corporis Reip., adigendo quemlibet ad executionem officij sui, & ei iubet anima ad actuum; cui obediendo non errant; non obediendo autem falluntur, & disponunt compositionem ad mortem.

Supremus Princeps est caput, in quo residet anima primum; & à quo spiritus, venus, nerui, & arterię ducunt originem, vt nos, & Telesius, & Pelopes antiquissimus, & Homerus declaravimus; quamuis Aris. dicat à Corde, & Geronius à corde, Iecore, & epate. At Apost. 4. Ephes: capiti dat principatu supremum, sicuti nos; & ex eo deriuat omnes partes, & vasa, & spiritus. Ex quo videlicet capite, totum corpus compagnum, & connatum, per omnes iuncturam subministracionis secundum operationem, in mensurā, vntuscuinsq; membra, augmentum corporis facit in edificationem sui in chaste, &c. Similiter D. Thrin 3. p vbi querit, vtrū Xpus sit caput corporis Ecclesie, mortuū, & sensum, & vasa à capite deriuat. Caput ergo est suprema potestas.

Principes vero; & duces, sunt Brachia, & manus; Milites, vngues, & pedes; Princeps Laycus, cor; Plebs sunt intestina, & venter, & caro, qui munit totum corpus. & complent; Ossa sunt basis Reip., hoc est regio, in qua sublinetur; Sapientes sunt sensus; Serui sunt lien, renes, fel, vexica, vrinaria, atque alia vasa sedimentorum. Hęc fundamenta in Phycisis, & Polyticis demonstrauit. Nunc autem ipsa presuppono, vt per se nota, vel sapientibus.

Regnum

Regnum atque Sacerdotium optimè in eodem subiecto
conuincire, secundum Deum, & secundum Prin-
cipem, & secundum Populos.

Caput Secundum.

In lege naturali Paternitas, Principatus, & Sacerdotiū, simul etant in eodem subiecto. Adam fuit P̄, & Princeps, & Sacerdos totius humani Generis; & similiter omnes primogeniti in Sac. Biblijs registrati, sic etiā Noe, & successores primogeniti, sicut Sem, Arphaxat &c, sic, & Abraham, & Isac, & successores &c. Imò P̄nitas ipsa erat fundamentum naturalis dominij, vt patet ex cap. praecedenti. At ministerium, & mediatio inter Deum, & homines, erat ipsum Sacerdotium. Item Iacob accipiens primogenituram, in qua erat ius Sacerdotiale, accepit simul imperium; dicente Isac: Et Incuruentur antē te filii matris tuae, esto dominus frumentorum: & ad Esau: Dominum tuum illum constitui, & omnes servitū illius subiugauit.

II. Sæpe Primogeniti Sacerdotio priuati sunt, propter impietatem, & nequitiam ipsorum; Non tamē Regno, atq; Paternitate, tam sæpe. Sicut Caim Sacerdotium, quod sibi competebat, ammisit; primò ob conscientiam scelestā; secundo vero ob fratricidū, Ismael, quia persequitur Isac, primò Sacerdotium ammisit. Esau etiam dum persequitur Iacob, & primogenitū vendit, in qua erat Ius Sacerdotiale, et aquam Simoniacus ammisit illud. Ruben etiā priuatur Regno, atq; Sacerdotio; quoniam incestuosa turpitudine, cubile Patria sui foedavit, non tamē Patriarchatu. Vnde Regnum per reprobationem datū est Iudei Sacerdotium verò Leti in posteris suis. Heli postmodum, vita, ac Sacerdotie priuaverunt, propter filiorum impiam inanis modestiam; quod etiā prædictis viris Dei transferendum à levitis, & præcipue à descendantibus ipsius. Hech: Itaq; dicitur Samueli: Errante pietate iudicandisque ob idem filii Samuelis priuantur. Salomon quoq; priuata Abhiasat Sacerdotio, ut completeretur propheta viri dei de translatione: agnoscit, ut daretur Sadoch, qui erat de stirpe Eleazar primogeniti Aaron: etiam datam erat a Deo, & confirmatum in Phinees filio Eleazari, ob zelum Dei, & tolleretur ipsi Abhiasat, qui erat de linea Ichasmar fratris Eleazar, sed secundo geniti, & expeditis eiusmodi permissionis Divinitate.

III. Regnum, ac Sacerdotium optimè conuenient in uno, eodemque su-
biecto conuenientio op-
timā præstatur.

Nam Populi libenter obediunt ei quem credunt esse illorum, intercessore Primum Regnum a spud Deum, & dependere a Deo; cui solo hominis sublimitas inclinatur; populus obediens. libertas.

Itēta siue leges sunt magis venerandas, atque obseruandas, non modò palam, & legum uenerabiles leges laicorum, ob timorem humanorum, sed etiā claram, scientibus, sione.

quod Deus cuncta inspicit. 3. A firmitudine, & securitate contra hæreses.

Item non potest predicari noua lex, neq; heresis introduci, nisi difficultatem, quando lex Sacerdotalis a Deo est autorizata, & armis defensa, & populi creditant iam scripturam, non extare veritatem viam, quæ ab ea non dependeat.

Item neq; rebellio officia absque legis auctoritate. Nunquam enim arma sufficiunt expugnare Sacerdotium, atq; Religionem armatam; nisi per aliam Religionem, aut meliorem, expiæ magis armatam.

**5. conformatio ab
historia**

Qua propter sub Religiosi Saturni temporibus (ait Plato in Ciilli) viuebat sacerdotia, & sacrif. quoniam sufficiat Religioni frenatidis populi & regno. Postea vero successerunt Principes Layci, non sapientes religiosè, & corrupti sunt sacerdotes prius paulatim, item qui Sacerdos non est, non tantopere respectat Deum; nec cauet, ne populi scandalizentur, quantoq[ue] Sacerdos; qui insuper timet ostenderé se indignum honore tanto sic diuino; ac magis se in officio retinet. At quando ipse erret, causa est omnium malorum. Eiusq[ue] exempli prauum, facile potens est, populum efficere impium, atq[ue] diabolicum. Idcirco melius est, vt Senior expertus succedat Sacerdotio, ac Regno, sed per electionem, maturè videlicet statis, scientie & pietatis probata in multis.

**6. à conscientia re-
gnantis**

Quoniam omnes
Principes ab ini-
tio sunt Sacerdo-
tes sicut in cùbris
gentibus.

III. Omnes fere Princeps magni, fuerunt Reges, ac Sacerdotes simul. Int Lege naturali, Melchisedech fuit & ex Salem, & Sacerdos Dei altissimi. Intetro fuit Princeps Madianitarum, & Sacerdos. Rex, & Sacerdos fuit Romulus, Numa, & Omnes Romani Reges. Quibus ita naturale, & rationale videbatur non posse Sacerdotem Summum esse, nisi idem sit Rex. Quod etiam expulit Regibus ob Tyrannidem Tarquiniorum, creabant Regem Sacrificulum, qui Deo offerret Sacrificia; non tamè imperaret. Sed tamen ad butum eius creabantur Magistratus. Si enim Sacerdos dicebat, eos, vitio creatos, & contra auspicia Religionis, statim deponebantur. Sicut Olim in Aethiopia, teste Strabone, Sacerdos imperabat Regibus, ita ut si iussisset illi mortem, nèdum deponiorem sceptri, statim sibi mortem sponte ipsem manu propria inferebat.

Item postea Cesar, & omnes Imperatores Romani, fuerunt simul Summi Sacerdotes vsq[ue] ad Costantinum; qui vtramq[ue] cessit Sancto Sylvestro, &c. ab eo relictus est, vt defensor utriusq[ue]; & vt brachium Reip., non ut caput.

Et profectò maiestas Imperij non Sacra, minus eveneranda, & magis preda heresiarcharum, & sui deiectionis. Itē Plato adiungit id Epistola Syracusanos, vt si vellent melius viuere ad frenandam tyrannidem, cogerent Principem suu fieri Sacerdotem, ac Regem simul. Sic enim erit aduersus minus persecutor, & auctoritatis venerabilioris. Item Aris, Regi dei Sacerdotij, Principestum, & rei militaris. Item Virgilius in z. Adasid. stuprando dabo Reges, & alterum Regem, & Sacerdotem, ac proximè pectorum, & spississimè insensibiles.

Rex Anius Rex idem locum in plebe Sacerdotem, & rebuisse Regem impium non Sacerdotem in eadem compunctione. Is est Polymictor violator fidei, & hospitiij per auaritiam. &c.

**7. confirmatio ab alijs
historijs nationum.**

Item Reges Hetrusci à Noe instituti. & Troiani. Battiani. Macedones. Chaldei; & omnium fere nationum, Reges fuerunt simul, & Sacerdotes, gladio Spirituali, ac materiali armati. Vnde Triumegistus, Rex Aegyptiorum vocatur ter maximus; quia erat Rex, Sacerdos, & Philosophus excellentissimus. Item & Dair Monarcha Iaponensium, 56. Regnorum erat Rex, & Sacerdosorum dem, antequam à rebellibus opprimetur: Nunc autem, gaudet regis saltus: vtroq[ue] Idē obseruatur apud Gentiles noui Orbis multos. Item Moyses fuit Rex, Sacerdos, Philosophus, & Propheta. Si enim non esset Sacerdos, non obculidet Sacrificia, & incensu Deo. Item ordinavit Aaron, & filios in Sacerdotem: Nequò autem dat, quod non habet, ait Papa Damasus, probans quod in ipso anno ordinare in Sacris, Sacris carens ordinibus. Hoc idem testatur Philo, & Josephus, & omnes Rabbyni: & David Psalm 59: ait: Moyses, & Aaron in Sacerdotib[us] eius; & ita intelligit hunc Psalm. Papa Anac. à Gratianib[us] Decret. allegat: & Cōcil. Hisp. 2. & Bern. in suis S̄rijs. & Chrys: in v. Tono hom. Couarruias contradicens, affirmat crassam heresim: Nam, sequendo Patres dicunt Moysen non fuisse Sacerdotem, intelligunt, in ordinaria executione officij, non in dignitate: Nam Aaron executebatur officium. Sicut Clemens Papatum, dum Petrus regebat Monarchiam Ecclesiasticam Romæ. Itē Samuel fuit Princeps, & Sacerdos, vtroq[ue] gladio armatus; & sicut & Eli eiusdem predecessor. Item, Mathathias, & Iudas Machabeus, & omnes successor res.

tes, fuere Principes, & Sacerdotes in vtoq; Gladio; vsque ad Regni Hierosolymitani excidium sub Pompeio. Credibile etiam videtur mihi, quod etiam Iosue, & Iudices, qui obtulerunt sacrificia Deo propria manu, fuerint aliquo modo Sacerdotes in populo Hæbreo: nam scriptum est, quod Moyses applicando Iosue ad tabernaculum Dei, imposuit illi manus, sicut fit in Sacerdotis ordinatione. Nec quidem Deus accepisset Sacrificium per manus laycorum: qui nimis iratus est valde contra Reges Saul, & Oziam, qui hoc munere fungi ausi sunt.

Licet autem dicatur in Paralip. quod filii David erant Sacerdotes, intelligitur à Consiliis Sacerdotum, non ab officio, vt recte sapientes exponunt, pricipue Tostatus; Præterea aedē naturale hoc est, vt Imperatores, ac Reges Christiani, consueuerint semper conferari in Diaconatus, & Subdiaconatus ordinem; voluntates obtainere reuerentiam, & securitatem à populis, tamquam diuini.

V. Deo magis placere Regnum Sacerdotale, quam Laycum, sicut natura-
lis ratio docuit, ita nunc auctoritas diuina comprobat. Nam quando filii Israel petierunt Regem à Samuele 1. Reg. 8. tamen quatinus filii Samuelis, qui regnabant utrèq; gladio, essent iniusti, dixit Deus: non te abiecerunt, sed me, ne regnum super eos. Et quasi iniustis condescendit, vt daret illi Regem Laycum; & signis de Cælo, & verbis minacibus protestatus est hoc; in 1. Reg. 12. sed ipsorum duritiei condescendit; sicut cum dedit Sacrificia animalium, telle 5. Clem. Quin & Ieremia, & Ezechiel: dans eis precepta non bona. Item posse dicit Offa 13. Dodi eis Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Item omni ferè male Israeli postea acciderunt ex controvërsijs, que erat inter Prophetas, & Sacerdotēs ex una parte, & Reges, & Principes Laycos ex altera. Et sicut in Xpi misericordia, perdidi Regnum; & potentia infidelium, cœlavit ex discordia inter Guelphos, & Ghibellinos; & inter Papales, & Pseudo Imperiales; Inter Ecclesiasticos, & Regios; & nō dum finis donet &c. Deinde verò cum placeres Deo Davidis gubernatio, promisit ei in sui seminis successione, unire Sacerdotium cum Regno iterum in persona Messie, vt patet ex Psalmo 100: Iurauit Dominus, & non pñnitabit eum: Tu es Sacerdos in eternum secundum odinem melchisedech, qui melchisedech erat Rex, & Sacerdos; & nos secundum Azotum, qui erat Sacerdos, & non Rex.

Erit hinc prædicta convenienter optime ordinatio iudicio. Nam veluti Princeps non Sacerdos est præda omnis heresiarchæ; qui Sectarios sibi adsciscit, accusando Principem Tyrannidis apud vulgus; & quod lex Dei ab illo male intelligatur, potest enim aut obtemperare, vel est Antagonista, & mutua ruina Sacerdotum bonorum, quos persequitur; & exaltat eos, qui ad placitum ipsius legem interpretantur. Item est parum venerabilis, prud populos, & sepè crudelis, effrenis, licentiosus, sed è contraria summus Sacerdos in æris abique Dominio temporali, est contumelialis, & sit præda Principum; & operatur, & loquitur ad ipsorum placentum. Sicut multi Sacerdotes Regis Terrarum, & Prophetæ Iezabelis, & Sacerdotes Delphici, quorum in opprobrium dicebatur, Pythia philippizata, quia primi rumine, aut pecunia corrupti, à Pythia oracula dari faciebant, quia Philippus Rex Macedonum Grecie occupator, oportebat.

Præterea insuper Jacob accipiens primogenitutram, in qua erat Iacobus Sacerdotij, accepit simul, & imperium; dicente Iaac:

Incurvantur ante te filii matris tuæ. Esto dominus &c.

Idem legitur de ceteris: vt videoas Sacerdotium, &

imperium simul secundum Deum, & hos

mines, restit manere in eodem

Supposito.

Fcc-

30

Facilitatem Sæculi aurei existere; si totius mundi unus
sit modo Princeps Sacerdotalis, absq; Superiori:
se vixit Religio vera erga vnum Deum: Sicut
fuit ab inicio; & sub Messia esse debet, con-
trà opinantes.

Caput Tertium.

*Secundum nam,
erat unitas princ-
ipatus Sacerdotalis*

*Diabolum diuisi-
onem procurasse,
scysmata, & hære-
ses.*

*Felicitas sub uno
mundi Princepe
multiplex.*

*Primum Argum-
entum, ut hoc quod
unitas Princeps
Sacerdotalis excla-
dit hæreses & scys-
mata.*

*ex cessione bel-
lorum.*

POTERAT quidem Deus in unaquaq; Provincia vnum creare hominem, eumq; Regem in temporalibus, ac Spiritualibus. At quoniam Deus vnuus est, amatq; unitatem, creauit vnum modo hominem Regem, Sacerdotem, & Patrem totius mundi, quatenus eiusdem Sanguinis, atq; Spiritus homines mundi existentes, omnes conuenient sub vnie Principatu Diuino in charitate. Cuius vnica Religio esset anima: ergo nō Deus, sed Diabolus primò, introduxit in mundum multitudinem Principatum non dependentium ab uno, seminando inter nos ambitionem, & ignorantiam, & consequenter scysmata, & hæreses, & peccata, contrà diuinam unitatem. Idcirco Salomon proverb. 28. ait. Propter peccatum Terci reg, multi principes eius.

II. Si mūdus regeretur ab uno tantu Princepe Sacerdote, viueretur felix seculu: Omnia namq; mudi mala, subomuntur, aut ex bello, aut ex pestilentia, aut ex fame: aut ex opinione cōtraria natu: Religioni. Hac autem opinio, vnde orrentur hæreses, & Scysmata, radices agere non potest vñquā, nisi foueat ura à Principibus contrariis, aut à multitudine populari, persuasa ab aliquo novo prædicante. At hoc cōtingere nō potest, vbi Princeps est sumus Pōtifex. Inueterata enim authoritate habet, vt nulli credatur circa mysteria Religionis, nisi sibi præserti vbi est armatus, atq; autorizatus ab antiquo in Religione veraci. Nam metus humanus, & diuinus, efficiunt apparere falsa in populorum mentibus, ea argumenta, qua fiunt contra Religionē, armata, & verace. Nec potest fidem inuenire prædicator illus, qui à Sumo Pōtifice nō sit autorizatus, nisi vbi regnat alter Princeps, qui vires prædicantē præbet, Sicuti Dux Saxonum Luthero: quod non euenisset in Italia sub dominio Papa: Neq; Mahometes regnasset in Arabia, si fuissent Arabes subditi Papa: aut potuisset Papa cogere Principes contrà illum, simul omnes &c. sicut extinxit fratre Dulcīnu apud Novariam &c.

Itē Bellū, vro fit, quia aliquis Princeps p̄ abitionē, aut auaritiam, aut necessitatē cibariorū, aut aliā huiusmodi; querit occupare regnū alterius Principis. Sæpe propter iniurias inter eos, aut quia alter querit Regionē capae Subditis suis multiplicatis, vt Apes. At quādō vnuus modo regnaret in orbe, cessaret iniurias, & ambitio, & auaritia. Et Coloniā transmigrationes fierent ordinatim ē regionibus vbi abundant, in Regiones vbi deficiunt absq; bello. Neq; Galli invasissent Italiam armis, neq; Hebrew Palestinam, neq; Tartari Indiam. Sic cessauerunt sub Augusto, monarcha omnium nationum tunc cognitarum, ita quod totus mūdus in pace vixit annis 18. saltēm; quod alias visu est vñquam; & hæc quia nutu Dei nascētis tūc Messia Regnū parabat, teste S. Augustino, & D. Thom. de Reginin. Pnpūm. Iosuper tūc sumus Princeps, & Rectores Provinciarum subordinatarum, & coeteri Magistratus incumberens acquirendæ gloria;

& gen

& non à bello, quod inter homines est contrā naturam ; sed à Philosophia, & operibus heroicis, in beneficium populorum, & inventioibus artium, & utilitatum humanarum; in disputando de bono, & malo, de operibus Dei, & de ipsius cognitione, & magnalibus; exerceant autem se venationi, aucupio, piscatione, hortis, ædificijs, &c.

Item fames cessaret; quoniam non potest in omnibus, Climatibus simul esse 3. Excessione Sterilitas, sed deficientibus alijs, alij abundant Regiones. Itaque si omnes sub famis eiusdem Principis cura essent, ordinaret transferri victum ex his, que abundant, ad illas, que carent; sicut ab Egypto olim in Italiam; & è Sicilia in Africam &c. Nec continget mortalitas, neq; bellum, victus querendi gratia; neque avaricia inter emptores, & venditores exteriores.

Item Pestis cessaret; hac enim fit ex aere, vel aquis infectis. Non autem possunt in omni regione infici, quoniam paludes, & cadauera, & pluvia post longum etiam, non ubiq; sunt simul. Quapropter huic malo consuleret summus Princeps per transmigrationem populorum in Regiones Salubriores, distribuendo eos inter illas. &c. Sicut Abbysini, Aethyopes faciunt, & Tartari, & Arabes, qui Civitates portatiles habent, ut hurundines;

Item afflueret sapientia hominum ex abundantia pacis, ac prouideret in cunctis Scientiarum ante tempus per Astrologiam, Medicinam, Physicam, Polyticam, aliasq; Scientias; Sicut narrat Joseph, quod antiquissimi homines viviebant vitam longissimam propter eiusmodi Scientias recens à Deo habitas, non adhuc in Sophisticam degenerantes.

Item si totas mundus regeretur ab uno, multiplicaretur Scientia, ob tutas navigationes, & itinera, & mercaturas, & communicationes rerum, que sciuntur, in singulis nationibus, cum his, que sciuntur in alijs; & melius observantur: preferunt Astronomia, Astrologia, Physica, & Polytica, que multis annis, observationibus indigent, multisq; observatoribus; & quod alius ignorat, natus scit. Sed diabolus inuidens nobis tantum bonum, vellet, ut omnes maneremus intra terminos quilibet regionis sue, sicut vermes intra caseum, ut nos reddat ignorantes, & decipiat. Item cupit ut non communicaremus inuicem, que observamus, & sciimus; nec peregrinaremus ad inuestigandas opera Dei in regiones exteriores; nec nos inuicem cognoscemus, neque videmus: sed ut Lingua, & Religione diversificaremus, ita quod amissam mutuam cognitionem, matre mutuæ dilectionis inter nos, commercia iniuriam de regione in Regionem, tantummodo per bella, & mortes, in continuo mutu, absque charitate in Deum Patrem nostrum, & in nos omnes eiusdem filios. Sed Deus, ut commercia, & communicationes huiusmodi tam necessariae sunt, permittit bella, famas, pestes; quibus nos, qui nimis omnisimus studiorum diuinorum rerum, & mirabilium effectuum eius, ijs flagellis cogeremur ad peregrinandum, & querendum Scientias, & contemplandum mundum, & partes eius, & opera Dei; quarentes remedia malis nostris, & rogantes Deum, qui opem fecit. Item quod omnes nos mutuè castigaremus, quatensis vexatio det intellectum auditum, sicut dicitur Ieray: s. Item quod Religionem, & Polytiam transportaremus, & semina inserentur Australia calida, frigidis Borealis, & contra. Vnde generosior sit humana gressus, sicut castaneæ sertæ meliores sunt no[n] insertis. Inuenimus novi Hemisphaerij, mirabiles peperit inter nos scientias, & superaremus prios Phylosophos, nisi nuidis munda nos deprimeret. Bella Cesaris, & Alexandri, & Cyri, introducerunt Polytiam vbi non erat, & barbariem pumierunt. Tot populi Israelitici transmigrations, exportarunt thesaurum infinitum per orbem, multiplicando agnationem vnius veri Dei, & puntione propria ipsi laborando, melius recognoverunt Deum, & predicarunt, & Idolatriæ abiecerunt. Et hoc considerauit S. Tobias. Porro si Deus vtitur tot malis in bonū, qui coperè bonum

magis

16

impinguat, & bonum transiret in melius, sub unitate fidei, & Principatus unitus uictoriae? Quas ob res, Deus unicum fecit Regem in mundo, & unus erit si, cuius Ezechiel scripsit: Ecce Rex imperator omnibus unus.

R. Ad Arist. qui negat Principatus unitum esse ab aliis. & possibiliter in mundo.

J. Pol. 2. de Ani.

III. Errat Aris. valde, docens, quod unus non possit regere mundum totius namq; (ut ipse arguit) non pertingeret timor eius ad omnes nationes; sicut anima non potest animare corpus longe maius proprio corpore neq; natus duorum stadiorum posset gubernari. Etenim (ipse respondeo) uniuersalis Princeps praeficeret vicarios temporibus opportunitis in singulis prouincijs ordinarios, & successores, semper paratos, si forte ante tempus quispiam occuberet; & omnes simul prestareret obedientiam capiti, qui prouideret Magistratus, & Rectores patrarios: Primarij autem, minores substituerent praefectos. Aristoteles quidem non videt Imperium Augusti, quod impossibile ex anima tam magnum. Exemplum quoq; natus duorum stadiorum, non probat recte. Maria etenim nostra, Aristotelis non ita profunda sunt, cum ad 80. passus non pertingant Sardorum, & Tyrenum, & Siculum sibi visa omnium profundissima, ut tanta moles subtiliteri vix posset in tantula aqua, quin magna pars sub aquis mergatur; & per consequens regi non potest, nec trahi ad omnem positionem, ob multam aquam impedientem, & paucas vires hominum. Quibus insuper mare naturale non est, sed Regna mundi, cum sit in Terra nobis naturali, si distribuantur a capite, ordines, & leges, & magistratus in totam terram per cursorum velocitate, & per nauigationes, & aduentum exercituum in quibusdam locis opportunis, & per Synodos Provinciales possent bene gubernari, sicut unus Dux plures naues per praefectos gubernat. Præterea eius exemplum de anima in corpore, falsissimum est, Nam Respublica bene corpus est, teste Apostolo: At Princeps non est anima, quae est in toto corpore, & in qualibet parte tota, & in eoque non potest esse nisi tamquam caput, aut aliud principale membrum, in loco aliquo digniori ipsis Regni. Sed Religio est anima Respublicæ, sicut ipse scripsit; quæ reperitur tota in toto, & in quilibet parte tota. Tota enim Religio, & singularia membra eius, & singuli homines partes eius, credere tenentur eisdem fiduci articulos omnes, & idem Euangelium totum. Et hoc anima, una cum timore, & amore Dei, & Paradisi, & metu inferni, per totum progreditur, & porrigitur usq; ad extremos proflus, & continet omnes in officio, & unit robur. Aristoteles ergo agnouit tantum modum timorem servilem, & potentiam Principis; nec creditit aliam esse vitam post mortem, nec agnouit Religionis vires, nisi sicut Astutus in Polyticam, more Macchiavellistico: Nec eius puritatem intellectus; neq; mirabilem virtutem, neq; seculum regeneratum in Deo, & unitum sub una fide: Sed respexit ad corruptum, & secundum scismaticum seculum sui temporis. Sed in Christo non est Barbarus, neq; Scythæ, Iudeus, neq; Gentilis (sic Apost. coloss. 3.) sed omnia in omnibus Christus, qui per totum regit vi Religionis, unitu mirabiliter supra omnem potest. Et quidem si Augustus habuisse Religionem bonam, atque unitu, non autem diuisiunam, & idolatram, facile potuisset multiplicare, unit, & conservare unitale imperium. Iamq; videamus qualiter Rex Hispanus dominatur in toto Orbe per gyrum, & in Regionibus distantissimis, quasi per 32. mille miliariorum, si tantus est semicirculus terræ, & per mare subito succurrat ubique, prout opus est; & per Proreges consultat, & imperat; & per Religionem retinet tot dissipata Regna arctissime colligata in unum. Et quidem si omnes Terræ Zones consideret, idem efficaciter posset, multiplicando Proreges, & decernendo, ut alter alteri mutuo succedit, aut interim Concilium Collaterale. Similiter Pontifex cum sit solus mundi caput, prouidet cuncta omnibus nationibus per Patriarchas, Archiepiscopos, & per Synodos. Et hoc etiam ubi non dominatur Hispani, & in Turcharum divisione. Hoc autem quanto facilius, & melius efficeret, si eisdem dominatur etiam in temporibus. Proinde Religionis vis omnium potentissima est.

Quapropter imprudenter Sotus de Iust. & Iur. lib. 4. q. 4. Aristoteli addicte, inquit

R. ad Sotum Aristotelizantem.

inquit. Dominum totius mundi sub uno Principe esse contrà naturam , & non possib[il]e. At mos est Peripateticorum vocare contrà naturam quidquid Aristotelis non placet. Mox verò acceptas sonus Dominum Papæ , ut possibile, de ratione super totum mundum in spiritualibus vnicum , cuiipse inquam. Quid ergo impediet , quominus sit itidem rationabile; & possibile addito in temporalibus queq[ue] , ita quod omnes Reges illi obedient in yoreq[ue] ; s[ic] , sicut prophetait David in Psalm. 71. Adorabunt eum omnes Reges . I eres , omnes gentes , seruient ei &c. & dabitur ei domino Arabie , & adorabunt de ipso semper. &c. Quinimò tuius , & facilis foret ; nam Principes essent vniuersi magis ; magisq[ue] securi , quod alius ipsorum non collat dominium , & fieret illa iustitia , & abundantia pacis ; quam promittit Psalmus ; & Ieremias , & Isaia , & Amos , & Ezechie[li] sub hac Principatum unitate . Et Alexander magnus agnouit secundum naturam esse magis quod unus regat mundum humanum : sicuti unus Sol Cœlestem , vt respondit Dario. Ep. 2. S. Cyprianus Scribit ad Corn. Papam. Unus Deus , unus Sol , unus Rex in Apibus , unus armigerius &c. comprobans eandem unitatem in Pontificatu Christiano.

III . Insuper cum totus mundus ab initio esset Ecclesia Dei necessario unū modo habebat caput , qui erat Rex & Pontifex & præferebat Deum ; sed Diabolus introduxit Idolatriam & scyfismata. Vnde etiam mox Tyrannos multiplicauit , & prophanauit. Hinc famae , p[ro]sternentes , bella , ignorantia , proprius amor , & obliuia , quod simus omnes filii eiusdem Patri Adam. Quandoquidē Graci , & Aegyptij affligerat genitores suos natos sūisse è proprio solo . Similiter accolz noui orbis , & profecto non modo h[oc] vna oblioio fraternitatis orta est , sed etiā diuini cultus , & Creatoris ignorantia , nedum scientiarum ; & quod simus omnes serui illius , semper , ac solius adorandi.

V. Incepit hec diuisio in Cain primum ; deinde sub Gygantibus . Post diluvium vero in Cham , & Nembroth. Nam ne vera debebant omnes homines antē diluvium obedire ipsi Seth , cum Cain sacerdotij ius amississet , post diluvium vero Sem . & successoribus , & sic non porta fuisse Idolatria posse , neque scyfisma antē. Ecce cum Noe dat successionem Pontificatus in Sem , attribuit eidem imperium dicens : Benedictus Deus in Sem . Seruiat illi Cham. In primis verbis Sacerdotium in quo benedicitur Deus denotat ; In secundis Imperium . Deinde dicit ad Iaphet : Dilatet Dominus Iaphet . Habitet in tabernaculis Sem , seruiat illi Cham . &c. Vbi nō præbet Sacerdotium Iapheto , sed augmentum , & multiplicationem , quæ conuenit Regi , non Sacerdoti . In Sacerdotio enim licet tunc non cœlebi , fundandus erat cœlibatus . Item vult quod habitat in Tabernaculis Sem , idest in Ecclesia , secundum illud Psalmis. Introibo in tabernacula tua : in montem Sanctum tuum &c. & alibi : Quam dilecta Tabernacula domine virtutum &c. Quod omnes exponunt : tabernacula tua , idest , Ecclesia tua . Et montem Syon in quo constituitur David Rex prædicans præceptum Dei , sciut omnes esse Ecclesiam . Ergo non sit Iaphet à Noe seruus Sem , sed absq[ue] tabernaculis , vt si in tabernaculo Sem , quoniam Ecclesia , & omnes homines pertinentes ad Ecclesiam sunt subdit[us] Imperio Sem ; sed Iaphet est in eis sicut defensor unus illi , vt Imperator Papa . Cham autem est amborū seruus . Iaphet vero Princeps in temporalibus , seruit tamquam filius non tamquam mancipium Ecclesie Sem . Similiter Isaac faciens , aut declarans per benedictionem Iacob Sacerdotem Summum , & præmissionem , & hereditatem Abrahami tribuens illi ; subiungit (Gen. 27) etiam dominium temporale dicens : Et ineruerunt ante te filii matris tue &c. & mox ad Esau pro Iacob , Omnes fratres tuos . seruiti illius subiugauit . Ergo de iure , semper Sacerdos fuit Princeps in vtrāq[ue] potestate ; sed de facto non semper obedientiam exigebant , ob scyfismata ; & rebelliones . Et in hoc sensu Iohannes Pineda non temere scripsit , Omnes Principes per vim intrusos fuisse , qui non per lineam successionis Sacerdotalis incepserunt : vnde tot in orbe mala &c. Deinde quando tractat Deus cum

C Abraham.

18
Abraham de reparatione generis humani, promisit ei efficere Principem unum
vniuersalem de semine ipsius, ut heres esset mundi (declarante Apost.

Rom. 4. & Heb. 1.) Quem constituit heredem vniuersorum. Et quidem ad Abraham, & Isac, & Iacob. Sep̄ē repetitum est à Deo

32 Oraculum hoc: In semine tuo benedicentur omnes Tribus
terre &c. Nec poterat aliter intelligi, nisi quod omnes

gentes vniuersit̄ in una fide Catholica data Abrahā
sub unum Principem totius mundi de semine illius. Propterea declarans haec Paulus ad

33 Galat. ait; Non dicit in seminibus quasi in multis, sed in semine
quasi in uno &c. deinde sub specificatione clariv. hoc est quod in genere et

34 ori idē promissum est David filio Abra- audita in vno. Rōm. 9. 4. Rōm. 9. 4. Rōm. 9. 4.
rahe hoc do- minum. Sacerdotale in Messia
bet; et sacerdotale in David de profapis illius. Adorabunt

35 eum omnes Reges Terra, omnes gentes seruent ei &c. Et benedicent in

36 iſpo omnes Tribus Terrę &c. vt video benedicti-
ones Abrahā in dominio Spirituali ac in temporali simili includi-

37 in praedicto Psalmo. Et Ezechiel ait: David erit Princeps omnibus
38 q̄eti melius declarabitur. †

39 Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

40 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

41 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

42 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

43 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

44 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

45 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

46 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

47 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

48 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

49 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

50 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

51 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

52 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

53 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

54 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

55 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

56 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

57 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

58 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

59 omnes gentes. Et sicut dicitur in libro prophetarum: David regnabit super

60 **Constant**

Iesum Messiam, ac Dominum nostrum, venisse in
mundum ad restituendum seculum beatum;
proptereaq; deditis legē vniuersalē, & prae-
fecisse caput vniuersale a toto mun-
do, super omnes leges, & ap-
plicationes illarum.

Caput Quartum.

ATIONABILISSIMA, atq; credibilissima est. Vide Antimacchia
fides, benē sentientibus de Deo digna; Este Deum; om-
nia creſſe; amore, non coactione; atq; amare res cre-
atas, magis quam Pater filios; & curam gerere omniū, tig iste demonstrat.
maxime autem nobiliorum. Ergo præcipue hominum
ergo comparuisse illis, & docuisse illos multa, ad qua Christū reformatte
nostra virtus non se extendit. Ergo errantibus nobis in unitatem principi-
diuino cultu, & introducitis hæretibus, scismatibus, di-
uisiōnibus Principatum, & idolatria; & bellis, & pesti
bus, & famo, & maledictionibus vsquequaq; eundem Deum factum esse ho-
minem condescendendo humilitati nostrę dum deus inaccessibilitatem nos eri-
gere non poteramus: atq; deditis legem exemplo, & doctrina, & reddidisse nos
integrę, & diuinę rationales, docendo verum Dei cultum, auferendo maledic-
tiones, & diuisiōnem fidei sectarum, & Principatum. Ac deditis remediis
quibus aliquando restituatur natura suę pristinę innocentia; & largitum esse
ad evitanda mala presentia, ac futura, & præterita, remedium in Sacramentis
& præceptis, conueniens omnibus nationibus. Itaquod sequendo eius præcepta,
hoc felix seculum reperiretur in omnibus. Sed non cessasse maledictiones ubi
non erit intellectus, amor, & fides exercendi remedia eius, & suscipiendo gra-
tiam eius, propter repugnantiam nostram. Ergo restitusse ipsum oportet legem
vnam communem omnibus, vnumq; Principatum, sicut institutum fuit in na-
tura incorrupta, & in Seculo aureo, Princeps, Sacerdos, & Pater vnu omnium
in vniuersitate.

In Lege Moysis hec scelicitas, & vnitas esse non potuit in toto mundo. Tum, Moysis seculi opti-
quia David longè post ipsa expectabat hunc Redemptorem de semine suo. Tum quia lex moysi non fuit vniuersalis populis omnibus, & omni tempori, ceterotale uniuers-
& loco conueniens, sed solummodo populus illis Hæbreis, & temporibus illis, satiter non potuit
& locis. Si quidem abstinere à carne Porcina; delectus ciborum habere; circu- restituere.
cidere natum, distinguuntur ab alijs nationibus; permittere vñussum extra- Obpartialitatem in
neis; & alia ceremonie, & lauacra, & contaminationes; non congruunt om- alimenis, in sacri-
nibus; neque profunt illi; neque omni nationi, & tempori, & loco. Namq; ficiunt, & iudicant
vbi non est lepra, sicut tunc inter Hæbreos, & vbi caro porcina est vtilis,
& sana, & non sicut in Palestina noxia, non debet non manducari. Et tem- libus.
pore infirmitatis, prodeissent aliquæ ceremonie ipsorum, non autem sanis,
sed sunt impedimento. Sed, præcipue distinctione eorum ab alijs per cir-
cumcisionem, & vñussum in exteris, multaq; iudicia apta illi soli po-
pulo; manifeste indicant legem, illam, fuisse partalem. & non

297

vniuersalem complecentem omnes nationes: Itidem dum docet quo pacto
vtantur lepros: innumeris, & obques excretionea & rara medicinales leges ad
lepram, & pestem tollendam, indicat legem partialem, & pueris conuenientem
agrotantibus sub Pedagogo, et medicis. Ceremonie sive ritus; utrum essent
signa, & typi futurorum, videntur superfluitatis: ergo lex illa fuit partialis, &
pedagogia, & tutela pupillorum (vt Apost. I. ait ad Galos,) philosophice, &
Theologicè loquenda. Et hoc argumentum debet fortius convincere Hæbre-
os, & Mahometanos, vtentes legibus plenis huiusmodi particularitatum,
non conuenientium vniuersis nationibus orbis: ergo &c.

Idem comprobatur institutio Sacerdotum per successionem carnalem in illa le-
ge. Vbi enim populus est imperitus, & puerilis, ne scies dignoscere optimusibi con-
uenit successio. Vbi autem est sapiens, & prouectus, conuenit electio; cui ad
cognoscendum verum Principem, non est opus, vt nascatur capite mitriatus, aut corona-
tus; sicuti Rex apum, & alia si bestiaru tali signo indigentum ad agnitionem eius,
sed in actionibus virtus reliet eligendi. Itē lex communis est melior, cū nō pos-
sit omnibus prodesse particularis. At nō q̄ communis valet nisi sit, qui possit, &
sciat ipsam personis, & casibus applicare, & particularibus. Lex autem Moysi
iam applicata appetit ne datur particularizata; ergo est pedagogia, & particu-
laritas.

Messias igitur prodiens ad ferendam legem vniuersalem, opus fuit vt abbre-
viantur in duo capita, quæ sunt; Vnum diligere Patrem Deum supra ipsum, &
proximum tuum fratrem, sicut te ipsum, & preferre ut sapientiam largiretur
successoribus condendi leges particulares, & applicationes earum iuxta conue-
nientiam singulis nationibus: vtq; possint leges ferre, daret illis de Spiritu
suo; vtq; nos possimus obseruare similiter gratiam suam; & Spiritum contra
infirmitatem naturæ largiretur. Hoc autem per Sacra menta facit possibiliam omni-
bus nationibus, & conuenientiam. Igitur vt possimus omnes conuenire sub
vno fide, conueniens fuit auferre circumcisioem, quæ particularizabat gentes
illam, & leges particulares, & ponere unitatem Principatus Sacerdotalis: quo
omnes populi conuenirent sub vna lege: & rectores eorum concordarente sub
vno capite. Atque daret huic potestate cogendi omnes in unitate. Ergo utrūq;
gladiū necesse fuit illi dari, & dominū in temporalibus, & spiritualibus, nē quā-
do fieret præda Hereticorum, aut Principum laycorum. vt dicitur est in primis
regulis, sed filius Dei effet nūtui parens Ecclesiasticus Princeps; ac Proinde
homo diuinus. Quoniam sc̄ilicet Deus est dominus absolutus, & per se hominum
est, effet hominibus inaccessibilis ipse filius est homo; & recedens ab homi-
nibus post ordinatam legem, & Principatum dedit dona hominibus. Anostolos,
Prophetas, Doctores, Gubernatores, laicos, & opitulatores. vt dicit Apostolus

Paulus. Omnes tamen sub vno capite recto per Spiritum suum, cui dixerat: Pasce, & rege oves, & agnos meos. Nos enim
populus eius, & oves pascue eius sit David.

& Plato, Solius Dei agnoscit
hominem esse

possessionem:

Nec posse vnum totius generis humani esse Principem, nisi sit Sacerdos Deo proximus, cuius nutu
regatur, & lego. Laicum aut nullum

posse vniuersalem esse

Regem orbis,

bene

demonstratio Aristotle-

les, & ipsi se-

ntur.

Præ-

Prepositio vniuersalis de Vnitate Regni Melsiz ; &
de potestate Summi Sacerdotis, eiusdem Vicarij,

& Locumtenentis.

Caput Quintum.

¶ In hunc dignitatem & munus eius inservit in capitulo LXVII. & in
secundum anniversario. Secunda. In capitulo LXVIII. & in anniversario.

ESUS Christus Deus, & homo, dominus vniuersorum in temporalibus, & spiritualibus, instituit Principatum vnum super omnes principatus humanos cum utraque potestate in persona Sancti Petri Principis Apostolorum, & successorum eius; & quando mūdus totus vniuersus fuerit sub hac monarchia, & euacuati fuerint Principatus, & potestates eidē non subditæ in omnibus; & per omnia, & diuersitas Religionum, sectarumq; sublata fuerit, tunc apparet seculum aureum; Quod Christus restituere venit secundum Prophetas, & Poetas, & Philosophos. Nunc autem est, sed non apparet prorsus. Sed Dei Ecclesia semper fuit vna, & de iure diuino, & humano, omnes Principes dependent ab eiusdem Capite in temporalibus, & spiritualibus; qui omnibus imperare potest ad edificationem, non tollendo illis Regnum, nisi vbi fuerint reuicti principiis belles Deo, & omnes Religiones vniuersali sunt aut incepti, & permiciosi prorsus ad communem bonum. Nam hoc potest etiam Responsum magis Papa. At Principes nullus potest super eam nec tota Ecclesia simul. Quoniam Papa est pater, & pastor, & sponsus Ecclesie, super quem non possunt filii, neque orores, neque sponsa ipse autem potest super omnes facere leges, & cartigere leges, actiones eorum, & vitam caducam, & ipsius usum dirigere ad ultimum, & eternum.

Variaz

Variz Opiniones; Hæretorum, & Catholicorum,
Regno Christi, & Potestate Summi Pontificis,
& Principum Laycorum.

Caput Sextum.

Opinio Heretic.



VI negant Christum esse Deum, & hominem simul, sicut Ebion, Cherintus, & Photinus, & recentiores quidam Hæretici, & Mahometus; tantummodo hominem prophetam ipsum agnoscentes, dicere & hoc pergunter consequenter, quod non sit Dominus mundi in temporalibus, neque in Spiritualibus; Sed tantummodo prædicator Regni Celorum. Et quod vicarius eius, ac successores, potestatem non habent nisi prædicandi, & corrigendi falsos prædicatores, fortasse etiam cum auxilio Principum temporalium; si tamen hi velint dicto obaudire.

Opinio Heretic.

Quare credunt Christiani esse Deum, & hominem, diuiduntur in Catholicos, & hereticos, diversitas quoq; magna est. Ambapisti enim assertū Christum subtilissime omnia triumphis Polyticā, & arma, & Principatus, cum dixit: Reges gentium dominantur eorum; vos autem non sic &c. Et tibi: Nolite iudicare &c. & Ecclesiastē Respublicam popularē absque præminentia Sacerdotis maximi, & quasi anarchia.

III. Lutherani, & Calvinisti assertū Polyticā laycam; & subijciunt illi Clericos. Et dicunt quilibet Christianus esse Sacerdotem, & ministros publicos esse Episcopos, & omnes potestate aequales; & viendum per democratiā. Et abiectione, & contemptu impleuerant Sacerdotium, eo quo Propheta communando præuidit modo: Erit ut populus sic, & Sacerdos &c. in pœnam prauitatis sue. Hæretici autem hoc in vindictam, & adiūtum diabolicum sic segerunt, subijcientes spirituale tempore, ut possint absque timore a capite Ecclesias Principes auertere: atque populos, ad quascumq; hæreticas opiniones abducere.

Opinio Heretic.

III. Ioannes Vuicletius vero, ac Marsilius Paduanus, & Ioannes Hys & Valdenses, assertunt Papam esse velut curatum, & prædicantem, & ministerum Sacramentorum. Vtq; alii dicunt, Solum in sua diœcesi, Lutherani scilicet, & Calviniiani. Vt vero alii, Super omnes Diœceses Episcoporum esse in Spiritualibus. Ac negant eis omnem potestatem temporalem, nisi quando Principes layci hanc ei conferunt, permittunt vē, Hos dicit Marsilius, & Theologus quidam (qui ante paucos dies edidit libellum contra excommunicationē Papæ Pauli V. fulminatam in remedium schismatis imminentis) eius sententia acharet; quam ita probare nituntur.

Rationes oppugnat
tum dominium
Pape in tempora-
libus.

I. Christus non assumpsit, sedq; exercuit dominium temporale, antē neque post resurrectionem; sed venit ministrare: Ergo neque Petro ipsum reliquit.

II. Dixit Regnum meum non est de hoc mundo; sed quod tantum Spiritus alis esset Rex.

III. Soluit tributum tamquam vassallus Imperij Romani.

IV. Agnouit Pilatum, vt Iudicem superiorē dicens: Non haberes in meis potestatē nisi tibi data esset desuper.

V. Dū vellent turbe ipsum facero Regē; aufugit, & non acquieuit.

VI. Dū rogaretur, vt diuideret hæreditatem inter duos fratres dixit: Quis me constituit Iudicem?

SIX

VII. Dixit

VII. Dixit: Non vénit filius hominis vt indicet mundum &c. neq; ministrari &c.

VIII. Nunquam usus est gladio materiali, At reprehendit S. Petrum vien-tem; & iusit vt percutienti maxillam vñā, prebeamus, & alteram.

IX. Paulus quoq; Apostolus ait. Arma militia nostra non carnalia.

X. Regnum Christi, est Regnum omnium seculorum, & potestas eius eterna, teste David, & Daniele: Ergo non temporalis.

XI. Sed in temporalibus fuit alteri subiectus: ideo dixit Apost. Paulus: Omnis anima sublimioribus potestatisbus subdita sit, &c. ha autem potestates sublimes erant tunc layce, & Imperialis; & qua (ait Chrysost.) nullus eximiatur, nec Propheta, nec Euangelista.

XII. Itēm Sacerdotes tenentur soluere tributum, cū solo humano Iure exiguntur, non cum no[n]cōncēte Apostolo; Reddite vñib[us] debitū Cui tributum tributum: Cui vestigal, vestigal. Quod D. Thomas ibidem afferit de clericis.

XIII. Apostolus Petrus ait: Subiecti sunt omni humase creatura: sive Regi tamquam præcellenti, sive ducibus &c.

XIV. Itēm Mōyses, & Iosuē, qui Principatum temporale administrabat, dominabantur in Sacerdotiis, & letimis.

XV. Et Salomon priuasit Abiathas Sacerdotio, & Oaho Imperator, Ioanne Papam duodecimum.

XVI. Dicitur in Psalm. Deus fuit in Synagoga Deorum &c. Si quidam dī sunt Principes Iudicis terrae (vt patet ex Gen. & Paralip.) non subditi cuiuspiam, nisi Deo; nam Scriptum est: Per me Reges Regnant. &c. & alibi. Non est potestas, nisi à Deo. & alibi. Audite Reges &c. Data est à Domino potestas vobis.

XVII. Panthes Poeta Theologus concordat etiam eisdem. Quoniam (sic) dicitur Christus, dare ergoque sunt Episcopis Caesar, & que sunt Dei Deo &c. & diuisit Iurisditiones duas, & canit quod Roma duos Soles habebat, quorū alter mundi, alter Dei viam ostendebat. Sed hinc confusi sunt in vnum, Ensis, & Pastoralis baculus per vñficationem, idēp strūmū; ruere oportet; & quosdam levissimū; & daca pass in temporalibus: ergo neque Clericis debetur.

Opinio Prima Catholicorum.

I. Atholici verò Scriptores diuini sunt. Nā Theologi magna pars volit Papam esse omnium dominum in spiritualibus directe, & posse leges condere, & leges Euangeliū conterias irritare; & tribunal habere. Sed indirecte tantū esse Dominum in temporalibus; quatenus dicitur: utiantur à Spirituali, corrigoendo, & dirigendo politias ad Religionem. Hoc sentit Bellarminus, & Turrecremonis, & Glos. in c. nouis de Iud. excepitionem, & libertatem Ecclesiasticam esse de Iure diuino, nec subdi Spiritus via temporalibus in re quapiam. At Dominum, & possessores temporales clericis non effemini exhortatione Principum laycorum.

Secundū vero afferit, Christum suisse Regem in Spiritualibus tantum, & non afflampaſſe, neque, debuisse affluere tempore dominium, nec proximè successoribus illud reliquisse. At exemptionem Ecclesiasticam esse de Iure diuino, vt patet in lib. 4. q. 4. de Iust. & Iur. At in 4. Sem. de Iure human. Veruntamen facetur Papam posse leges condere, & dominam in toto orbe abſolutè in Spiritualib'; in temporalibus verò in ordine ad Spiritualia tantum, corriger, & deponere Principes ob heresim vt docuit Turrecrem. At Imperatores, & Principes layco non pendere à Papa, sed à Deo, non immediate, sicut Papa, sed mediare per reges nature, & non Papa, quam Christus non abstulit.

At Co-

At Coquerrus afferit non conuenire clericis, & Papæ gladium materialem, neque tributorum exemptionem, neq; forum, & tribunal, nisi humano Iure Principum, & Papæ. Quia addunt Regem non subdi Imperatori propter Can. de Venerab; qui filij, & semper fortificat potestatem laycam in præcellentia ad Sacerdotalem in temporalibus, sicut Luna in nocte præcellit, per Can. Solit. Quamvis Secus postea dicit exemptionem esse de iure naturæ, & Principes ipsam tollere non posse, quod & Coqu. tract. 9. facetur.

¶ Rota fixa nobis auctoribus rebus non audita apertus mihi sed. IX.
¶ Et hoc q; mundus sit. illi est id est. q; mundus non mundus sed. I.
¶ Tunc etiam q; mundus sit. ¶ Opinio Secunda.

¶ Hoc est q; mundus. & ipsi varijs sunt sed ramen omnes ferendicentes
¶ q; mundi Papæ esse dominum tamen mundi in spiritualibus, & Imperator
ig. A God omnibus aquacostis est vocatus & habens, quicum sit Deus habet omnes
potestatum. Hoc Ostensis assertum. & de voti Redemptoris Faber
¶ q; mundi super h. Exortos pçpulosis sum. Trin. & Burgan. addi. 3. Sup.
c. 1. Matthei & Iohann. Andr. al. iij. multe assertantes, quod Imperator sit
mundi Dominus factus a Papæ & Principis & Reges ab Imperatore pendentes
sed plerosq; exemptions esse per prescriptionem: aut per privilegium. Bart. in. 2.
¶ Hörer si de Cœptis posti magna querit. & super ext. ad repr. mihi docet. q; mundi de
iure diuino: quoniam, sit. ¶ Lus. 2x Exiit edictum à Cesare Augusto, veredictum
debetur vniuersis Orbis. & Iacobus hanc auctoritatem deridet, ramen ipi
decipit essendo Thomistæ opulenta regimini. Princip. ubi Augustum tutu Dei
vicarium fuisse totius mundi in Imperio temporali assert. Bald. etiam super h.
¶ q; mundi super h. q; mundi in spiritualibus Imperatorem de iure naturæ esse domi-
nandum totius mundi. & Antoninus Imperator ait; Ego mundi Dominus adi. 2.
Rudolphus de Iher. de prædicto. q; mundi in spiritualibus Imperatores de
iure naturæ. Imperatores & Sacerdotium esse divisa à Christo, cum dis-
cedat q; mundi sacerdos Episcopus, & quia sunt Dei filii. Excedit non pendere Im-
peratores & Papæ. & per Casuam fuisse cum venimus & in spiritualibus abducit
Scholastes residuum epistola pontificia, in qua ostendit Pontifex quod
Diabolus coniunxerat vnamq; potestatem, & gladium apud gentiles. Sed solù
Melchisedechem poterit fuisse utrumque nuntiū Dei, ut sit figura Christi.

Item aiunt, Imperatorem ante Papatum fuisse dominum mundi, ut testat.
¶ Euseb. Imper. & huc habent sex successores Reges Assyriorum quod D. Augustinus
dicit, translatum esse ad Romanos. ob ipsorum Vicarietatem quod D. Thomæ de
clarat probat. Regnum autem Assyriorum & Persarum vnde dicitur erat dñe
de Daniel. & Tertius regnus, Deus Cœli, Regnum, & Imperium. & Forum
dinem dedit dñe. Idq; habebatur in Scripturis Sanctis de successione pluribus,
ut de Cyro, & Assuero &c. Ergo Romanum quo q; dicit universale iste à Deo
& non à Papa. His auctoritates, & si parum prodantes, adducunt h. Papæ, no-
natur. Concordantem Canonista. quod Papa confirmaverat Deominatione imperiali
in Constantino, vel in Carolo Magno. D. Thomas vero dicimus de Reg-
em. Prædictis artib; 29. & 30. facit Papam Dominum vniuersalem in temporalibus,
& spiritualibus, sicut Glossa. Et quamvis liber ille non videtur esse
D. Thomas precepit quandam chistorianum inferant que post inveniatur. Quid
igit: nihilominus in Evangelio in auerbi inserta sunt illa verba. At transference
ex Hebreos. hunc est. Deus meus. Deut meus. ut quid dereliquisti me? Hoc
ergo triuolum est argumentum. Sed liber ille videtur esse viri duci. D. Thomas
non inquit, & tamen non est ciuius. At hanc est eius opinionem probatur. &
¶ Sept. d. 44. lib. xviii idem assert. Item ex Augusto Constantino qui fuit apud eum
Aegidio Romæ episulus D. Thomas; cum dicitur haec & p̄ficiatur in
lib. de portis. Papæ. At verba ultima S. Thomæ super 2. sent. ostendunt prorsus
cīus.

29

mus esse sententiam hanc dicentis: Spiritus potestati sacerdotis potestas coniungitur in Papa, qui utriusque potestatis apicem tenet, scilicet, Spirituali, & Seculari, hoc illo disponente, qui est Sacerdos, & Rex. Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, Rex Regum, & Dominus dominium. Cuius potestas non auferetur, & Regnum non corrumperetur in scoula sculariorum Amen. Vnde non solum auctoritas S. Thomae, sed etiam duplex probatio ex SS. habetur.

Omnes Theologi meliores, afferunt Papam esse super Concilium, nisi sic factus Hereticus, aut tempore seismatis, quando ignoratur qui sit versus Papa; ut declaratum est in Concil. Costant. Gerson videtur contrarium sentire, & Petrus de Aliazo, sed dubitatus, & loquuntur tempore seismatis. Nunc autem ea Scripturis Sanctis veritatem demonstramus, oportet.

Christum esse Rationem eternam, & in tempore tandem incarnatam. Ideoque esse Dominum univerorum, eternaliter, & temporaliter, contra primam opinionem.

Caput Septimum.

DEVERSVS primam Cherinti, & aliorum Mereticorum opinionem asserto. Christum esse Sapientiam, Verbum, seu Rationem Dei eternam, per quam creavit mundum, & gubernauit semper, & tandem in genere humano instruivit eum, cum esset corruptus. De hac Assertione alii à nobis demonstrare, dubitare nemo potest, nisi qui prouidentiam Dei, & amorem diuinum erga nos suas creaturas, vel Patris ad filios, non cognoscit, vt diximus contra Macchiavellistas. In presentiarum vero per auctoritates Sanctas sic patet.

I. Et primo ait Ioannes. Deus erat verbum: omnia per ipsum facta sunt. &c. Et verbum caro factum est.

II. Coloss. primo ait Apost. Paul. In ipso (vz Xpo.) condita sunt vniuersitate in Celis, & in Terra, visibilia, & invisibilia &c. Ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant. &c. Et per eum reconcilians liberos in ipsum &c. Et ad Rom. Christus &c. Qui est super omnia Deus?

III. Idem Apost. Ephes 1. Instaurare omnia in Christo, que in Celis, & que in Terris sunt in ipso. Ex his sequitur per conclusionem, & quod Christus semper fuerit dominus vniuersalitatis totius vniuersi, & omnium principatuum terrenorum, & Caelestium, iure aeterno, diuino, & naturali. Et quod post quantum factus est homo, auxerit, & cumulauerit Ius dominij super omnia in temporis hunc per ius redemptionis noue. Et quod acceperit dominium vniuersorum iuridice, & potiori iure, quam si emisset pecunia mundum, & homines ab aliis sicut homines censuit Principatum, & sunt domini hoc iure. De primo dicimus.

D Sapi-

Ratio, Verbum Sap. Sermo, Logos, Ver- tus, Ars Dei no- tur in Enang. Et S. Scfa, us S. Aug. Hier. Baf. Cpr. Instl. Greg. Nyssen. Et D. Thom. 4. cont. Gen. Et super Di- enys.

5. *Sapientia Christi in Proverb. 8.* Per omnes Reges regnabit, & legem suam conditoris iusta
determinabit.
6. *Eccl. de primito, &c.* 2. ait Apost. Col. 2. Qui est Caput omnis Principatus, &
potestatis.
7. *VI.* Et Hebr. 1. Quem constituit heredem universorum: per quem factus
& secula.
8. *VII.* Et Apocalyps. Rex Regum, & Dominus Dominantium &c. & Iudex vni
uortum, & mortuorum; Princeps Regum Terrae &c. Et ipse Ego sum Alpha &
Omega.
9. *VIII.* Et Matthaei ultimo: Data est mihi omnis potestas in Celo, & in Terra
secunde nullam excludit.
10. *VIII.* Et Ezechiel. 34. Erit Rex imperans omnibus uos.
X. *Et quidem Rex verus hominum, & praeipue omnium per se absolutus*
non potest esse, nisi Deus, sicut in primo capite dictum est.

Christum reliquisse in Ecclesia forum Ecclesiasticum,
& Polyticum, & hoc correxisse, & suppulsisse
Ecclesiasticos; contra secundam
opinionem.

Caput Octauum.



D VERSVS secundam opinionem, qua fuit Anabaptistarum, affero, quod cum Iustitia sit secundum naturam hominum, omnibus, & naturali Iure, tribunal Polyticum conueniat; & Ius naturale pendeat a Iure diuino aeterno, & ab arte Diuina, que est Christus, Verbum, Sapientia, & Ars diuina aeterni Patris; ut in SS. & apud Aug. & Hier. & Justin. & Clem. & D. Thom. manifestatur. Impossibile est omnino, quod Christus abstulerit tribunalia polytica: Sed quod emendauerit, frenauerit, commendauerit sub iudicio S. Ecclesiae, manifestum est.

II. Et primo Apost. Scribes ad Tim. Episcopum. 1. Tim. 5. ait: Accusatione Presbyteri non accipias nisi sub duobus, aut tribus testimonibus &c. ubi multa instituta pertinentia ad iudiciale tribunal. Ex quo patet, quatuorparte abesset Pseudothologus, qui persuadere nititur prudentissimis Venetis, tribunal Ecclesiasticum erectumuisse permisso laycorum Principum, post Theodosium, gut post Iustinianum, aut post Constantium Imperatores, cum fuerit iam ab Apostolorum tempore, contestantibus etiam S. Clemente Petri discipulo, & Ireneo, & alijs &c.

III. Idem Apost. primo Corint. 6. Restituit non modo Ecclesiasticum tribunal, sed etiam seculare in Ecclesia. Et increpat Christianos, quod ad Tribunalia infidelium (ut faciunt Anabaptistae) consugerent pro dirimendis litibus, aut quod ponebant Iudices ignorantes ad iudicandum. Num quid non est inter vos (ait) Sapiens, qui possit iudicare inter fratrem, & fratrem suum? Post modum vero iubet ut omnia tribunalia, & iudicia subiiciantur Apostolico Tribunali, dicens.

IV. An nescitis quia etiam Angelos iudicabimus, quanto magis ista secundum lararia?

cularia? Et alibi. Spiritualis omnia iudicat, & ipse a nemine iudicatur. Et alibi. Vultis in virga veniam ad vos, an in Spiritu lenitatis &c? Vbi profecto iudicat Apostolus, & præcipit inter Corinthios tamquam verus prelatus iuxta morem presentem in Sancta Ecclesia. Quin etiam contraria fornicationem, quod est peccatum Tribunalis layci. Ergo Christus reliquit utrumque tribunal; & correxit in quo errabant, ut postea dicimus.

V. Item S. Petrus, & S. Paulus iussuerunt, ut obediatur Principibus in Christianismo, & Dominis etiam discolis, eo quod non est potestas nisi a Deo. Rom. 13.

VI. Tandem 1. Cor. 12 Instituens Paulus Christianam Polytiam, dicit quod Christus posuit in Ecclesia alios quidem Apostolos; secundum Evangelistas; tertium Prophetas, Deinde gratias curatorem &c. Et sub his opitulationes, & gubernationes. Vbi facile intelligit Gubernationes Polyticas laycorum in temporalibus, nam de spirituali iam dixerat Apostolos, & Evangelistas, & Pastores curam gerere. Ex quo patet, & quod Polyticum Tribunal est a Christo sub Tribunali Apostolico primo loco, & dignitate numerato &c.

VII. Ad S. Brigidam dixit Christus ut patet in reuelationibus multis, se reliquisse in Ecclesia iudices, qui sunt Clerici; & defensores, qui sunt principes layci, & plebeos, qui nutritioni prouideant corporis Ecclesie temporali. Et in has tres partes regimen Ecclesiasticum diuidi. Quam diuisionem Plato a natura, quae est Christi ars operata, edoctus, in sua Repub. fecit, & dixit, illam non posse subsistere dempta una harum partium. Ergo Christus si non est diminutus legislator non nisi iudicia temeraria prohibuit, & principatum Tyrannorum, non autem rationalem quoq; iustumq; ut putant Anabaptista, quando dicit. Nolite iudicare, & non iudicabimini. & quando ait. Principes gentium dominantur eorum, Vos autem non sic, ut melius infra videbitis.

Præbere autem maxillam alteram, est consilium ad priuatos; quod non auferit gladium, remedium scilicet necessarium Reipublica.

Christum fuisse Regem in spiritualibus, & temporalibus, & ambas potestates assumpisse, & easdem in Ecclesia reliquisse, ut adimplerentur omnia iura naturalia, & prophetica, & expectationes, contra tertiam opinionem.

Caput Nonum.

A Dversus eos, qui volunt Christum non fuisse Regem temporalibus, & spiritualibus, assero oppositum. Quod videlicet fuerit Rex uniuersalis omni modo, iure, & teste, Heres mundi Rom. 4. Heres uniuersorum Habec. Rex Regum Dominus Dominantium Apoc. 13. Iudei vivorum, & mortuorum; non modò tamquam Deus, sed etiam tamquam homo ille redemptor, & uulnoris humanitatis clavis diuinitate; qua creauit, & postea installauit homines carne assumpta.

I. Primo Quoniam Christus est ipsa ratio prima essentialis eterna: omnes

Rom. 4. Hab. 13.
Apoc. 13.

D 3. Autem

autem dominium fundatum ad superatione ergo pender abeo, sicut splendor
a sole, & membra a capite.

III. Incarnata est ratio aeterna, ut diceret, & faceret non modo plebem, sed etiam Principes, verbo & exemplo, dirigere vitam temporalem ad eternam, neq; amplius Reip; finis esset oīmodum Principis, aut Magnatum, unde sequitur Tyrannis seditio, ac politiaz ruina, ut plato ēt nouit. Ad hec autem facienda necessaria est, utraq; potestas, & præcipue ad retinendum in officio repugnantes &c.

III. Deus ante etiam erat Dominus in temporalibus, & spiritualibus. Ergo Christus cum sit Deus de Iure habet, & tempore Regnum; Insuper enim hoc non potest regi absque sapientia, & ratione, cui supponimus omne regimen bonum, & passiones, & operationes nostras. Ergo omne Regnum habet a Christo potestatis. Quandoquidem Regnum irrationaliter, non est Regnum. Ergo (per corollarium) regna infidelium quatenus ratione reguntur, quod ammodo sunt Christiana, quatenus vero a ratione deviant, non sunt Christiana, quia non rationaliter a prima ratione omnium, qua Christus est, ut bene concludit S. Iustinus Apol.; 2. & S. Hieron. in epist. ad Galati.

III. Concedant Sotus, Lactantius, Bellarminius, Couarrquierius, Turrecremata, Christum esse in spiritualibus modo Regem directe, sed in temporalibus assumpsisse tantam autoritatem, quanta sufficit ad corrigendos errantes a Regno Cœlesti, cuius Christus se tantum Regem declaravit, ut ait. Ergo sequitur secundum eos, & ita afferunt, quod possit ipse, & Vicarius eius abrogare Leges Principum, peruelas, Deponere scismaticos, & hereticos. & omnia bona temporalia assumere in adiunctionem Christianismi, & dirigere cunctos ad bene vivendum, sicut scipio legimus fecisse Pontifices Romanos. Nunc hoc ab illis afferre, inferam ylternis exponit, quod ad hoc praestandum requiruntur vires temporales, & (ut dicunt) brachium Seculare contra eos, qui non obediunt motionibus, & excommunicationibus, alijsq; penes spiritualibus non reprimuntur. Ergo Christus assumpsit, & reliquit ambas potestates Ecclesie, si diminutus legislator non est: sed sufficiens sibi, ac suis. Et quia ad hoc requiritur omnis potestas absoluta, nefio quo pacto ipsam mutilant, & dicunt, Christum assumpsisse partem; & tamen negant aliquem actum ostendisse temporalis Imperii, quoniam quando triumphauit super Asello, & eiecit vendentes de templo, non videntur istis opinantibus esse factus temporalis Imperij, Ergo vel nullam partem Imperij temporalis accepisse opus est; vel totum; sed isti sua ratione omnia metiuntur, & non ex ratione Divina.

V. Praeterea Sotus quoq; docet legem non habere modo vim directiua, sed etiam coercitiuum sufficienter; & hoc probat auctoritate Iuris consultorum, & naturali, quia aliter esset preceptum consilium dum taxat Phylosophoram, non coercitiuum legislatoris. Ergo in lege Christi veraque est &c.

VI. Lactantius, & S. Hieronymus, Origenes, & Omnes Theologi meliores, afferunt Christum venisse restituere statum legis naturalis perfecti. At in statu naturali simul manebant Sacerdotium, & Regnum, & Paternitas. Ergo Christus fuit Pater, Sacerdos, & Rex absq; defectu ullo, ex probatis in primo, &

II. Non modo Christus fuit redemptor animarum, sed etiam corporum: Nam sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificantur. (ait Apost.) Ergo est rex animorum, & corporum; Ergo spiritualis, & temporalis a quoniam bona temporalia sunt corporis animi subiecta.

VIII. Sacerdotium absque potestate temporali est contemptibile, subiectum Principijs laicis, vel timore, vel auaritia; & emptiū ab illorum suore, ut in tempore Caiphæ, & Romanis emebatur. sicut nunc Patriarchatus Constantinopolitanus a Turcarū Rege; nec potest extirpare heres, & efficaciter præciperere bonum publicum. Ergo Christus cognoscas hanc debilitatem nostram in Regno

Regno suo, utramque dominium attingeret, & reliquit, & gladios **duos sufficere** voluit; & ita docuit utrumque exercendum in necessitatibus.

VIII. Item Christus figuratus est ab Adam, Noe, Melchisedech, Moysè, Abraham, Daud, Iuda, Machabeo. Hi autem omnes habuerent potestatem spiritualem, & temporalem, & fuerunt Principes, & Sacerdotes Populi. Ergo, & Christus: Non enim est minor illis; & hic latet aquiuocatio Sori, quia ut magnificat Christum, dicit non contineisse illi temporele dominium, ut hinc possit concludere. Ergo Principes laici non dependent a Papa, & utitur excellentia Christi ad deliciendum Christum, & Regnum eius, sicut qui magnificabant idolum teste Brigida, & nolabant illum habere potestatem super se sed pro se.

IX. Immodicandum est, has potestates esse unam, sed diversas in actibus diuinam ostendit. Et sunt sicut regia, & proregia, Consularis, & proconsularis, Caput, & Brachium; quoniam que a Deo sunt, ordinata sunt Rom. 13.

XI. Apostolus ad Hebreos disputat: Quod Sacerdotium Christi non est secundum ordinem Aarō, sed antiquum fuisse Sacerdotium Arō legitimum; & Institutum fuisse secundum Melchisedech; quod fuit Regium, sicut promissum est David in Messia. Psal. 109. Iuravit Dominus, & non paenitabit eum: Tu es Sacerdos in eternū secundum ordinem Melchisedech. Ergo si Christus non esset dominus in spiritualibus, & temporalibus, adhuc staret Sacerdotium Aaron. Est enim notabilis differentia, prater alias, inter Sacerdotium Aaron, & Melchisedech, quod huic annexa erat Regia potestas, que prafigurabat futurum Monarcham, vniuersalem Regem, & Sacerdotem: in sacrificio erat differentia, sed non in Sacerdotio editum, nisi Regia dignitas disconcerteret.

XII. Idcirco (ait S. Gregor. Super Luc.) describens Evangelia tempus Messiae sub Principe Romano, & Sacerdotio Iudaico ait. Anno quintodecimo Imperij Tyberii Cæsaris &c. Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha &c. vt immueret; quod in virtutib[us] Regno (sicut dixit Sybilla ad Augustum) Christus dominaturus erat; & Tyberius fuit Rex, & Sacerdos. Herodes etiam, & Cayphas in persona Messie, Regnum, & Sacerdotium innuunt iungendum.

Ergo Danthes longe aberrat, quando, ait Papæ non conuenire dominium temporale, propterea quod ab hereditate filij Leui eximebantur. Non enim leniticus Sacerdos, est Papæ, sed Melchisedechus. Et hoc punctum non consideratum, fali fecit Couarruam, Sotum, Marsilium, & Hæreticos ultramontanos. Et ego quandoq[ue] cum uno ex illis disputando super hoc temporali dominio Papæ, coegerim dicens quod Christus non fuit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & obstinatus in sua perfidia, contendebat, esse secundum Aaron, in hoc quod quidem Apostol ad Hebreos prolixus, & angusta disputatione reprobavit (& hoc opusculum à me accepit Scipioppus; & istas, & sequentes rationes in suo Ecclesiastico rescripsit, ut proprio ore te statu est Roma, nec meum dedit prælo, uti promiserat sibi, sed suum) Quia propter si Christus Sacerdos erat secundum Melchisedech nobilitem Leui, qui decimauit Leui, & Aaron in lumbris Abrahæ, vixit Apostol, non posse, neque debere relinquare in Iuda Ecclesia aliud Sacerdotium, quam quale fuit suum Melchisedechum.

XIII. Præterea secundum sententiam omnium Rabynorum, promittitur in Sacra scriptura ipsi Messie dominium temporale, & spirituale super totum universum. Ergo Christus absolutus Rex fuit utriusque Regni.

Nec recte responderetur à quibusdam Theologis, hoc dominium temporale futurum taxat in secundo aduentu, utrum enim non erit temporale, sed in instanti fieri iudicium, & translatio in Cœlum. At Sacra Scriptura profert multa, bella, & tribunalia, & dominationes in Terra. Arguet populos multos Isaiae 2. & Pascet terram. Assur in gladio Micheas 3. Et faciet iudicium, & iustitiam in terra. Ierem. 23. aut ergo oporteret affirmare cum Cœlestis damnatis, à Diuo Augustino, quod milie annis Christus visibiliter in terra Regnabit in spirituali, & temporali, antequam faciat

Iudicium

*Coral.
Respons. ad Dante.*

*Contra Respons.
contrariorum.*

*„ Isa. 2. „ Mich. 3.
„ Ier. 23.*

Judicavit Iustus Iudicium : aut quod Iudicium datur spiritui suorum regnante mille annos , ut scriptis in Alcorano mandat Mahometus , ad examinandas omnes causas , & libellos , quos dicimus valde . Procedit ; hanc enim omnium verumq; autem horum falsum est . Ergo radix quantum ad aliquid Rabbyni affirmant , Dominum Messiam in temporalibus . Sed in hac discipiuntur , quod non intelligunt , qualiter post mortem Messie regandum erat per Vicarios in ambabus potestibus ; & Regnum Papale esse Regnum Messiae . Quod vero possent cum ipsi , cum nostrates discere ab Isaia subito in cap . 53 . loquente sic de Messia : Si tradiderit pro peccato animam suam , videbit semen longeum &c . Hec est successio longa Pontificum , & Ecclesiasticorum , de seruine Christi spirituali , & addit , sit voluntas Domini in manu eius dirigetur , pro eo , quod laboravit anima eius , videbit , & sanabit , in scientia sua iustificabit ipse iustus multos , & iniquitates eorum ipse portabit . Ideo dispergit ei plurimos , & fortium dividet spolia , pro eo quod tradidit in mortem animam suam , & cum inquis deputatus est &c . In quibus verbis ostenditur successio Regni ; & quod diuidet spolia fortium : & dominabitur hominibus , & persipientiam acquisitionis domini , & non per arma , & propter mortem , qua redemit sibi mundum a peccato , & diabolo ; & fecit nos Deo nostro Regnum ; & Ideo ipse hoc declarans dicit : Lucas . 24 . Hec oportuit pati Christum , & ita intrare in gloriam sumam post mortem , & iterum post mortem . Data est mihi omnis potestas in Caelo , & in Terra . Ergo paternalis , quia pater futuri seculi , Test . Isaia . 8 . & maritatis , quia habet sponsam Test . Iohanne Baptista . Ergo , & regis , quia Rex Regum , & dominus ducum Teste Ioh : Euang . 8 . & Sacerdotialis , quia Sacerdos secundum ordinem Melchis . Teste David . et Paulo . Et quidem D . Thom . ex hoc textu , (data etiā mihi omnis potestas) concludit in Christo spiritualē , & temporalē in opus 20 . lib . 3 . & similiter in Papa . Quod de iure divino , & naturali possumus probari . Vnde Christus subdit sicut misit me viuens Pater ita ego mitti vos . Quasi dicas , vt acquiratis mundum per passiones , sicut ego ; & cum omni potestate , quam datum mihi do vobis in hac missione , potest ergo exercerbitis omnem potestatem , quam ego merui , cum surrexeritis , tuncquam corpus meum in myricum vitoriosum , & accidetis re ipsa . Quod ubique conuenit de lute ex morte meo . Ideo omnes Principes mundi , & principes animalium . Princeps super omnē terrā in victoria per mortem ; & ita , come sicut Constantino quando ceaserunt omnes persecutiones , & Ecclesia scilicet praeceps resurrectionem a tribulationibus , & declarata est , & agmina militare in gressu , & dominio mundi .

tarum: Vnde & dixerunt. Benedictus quia venit Regnum Patris nostri David. Si tunc (inquam) Principes, & Sacerdotes receperissent eum tamquam Messiam, ipse queq; non negasset tunc suum Regnum tamquam Messias Dei secundum scripturas, & nō ab eis. Propterea enim, & plorauit super Civitatem, præuidēs eius ruinā quoniā nō cognovit Messiam, dicens. Quia si cognouises, & tu Luc. 19. Et pridem prophetauit Hieremias hoc malū Hierusalē, eo quod non cognoverit tempus visitationis suā. Et profectō non prætermisit IESVS actum neq; signum vllum, de Messia præconizatum, quod ipse non faceret, aut non diceret, quod esset filius Dei promissus in lege, & Prophetis, vt sanaret eos à perfidia, vel excusationis non relinqueret ansam. Sed quanto magis se ipsum propalabat, eo magis ludū dē hoc ipsum calumniabantur. Quin dum conque-
rerentur Principes, & Sacerdotes, quia non reprehendebat pueros, qui voca-
bant ipsum Regem, & Messiam, & filium Dei, & Davidis. Respondit IESVS, quod pueri dicebant veritatem, & ex testimonio David hoc comprobans. At nō legis sit ex ore infantium &c. & addit: Si tacebunt illi, lapides clamabunt:

Ergo hoc non satis aduentunt omnes scriptores, qui dicunt IESV M non acceptasse Regnum Messiae temporale, vt habebat David. Immò, in quā, assū-

psalm. 8c. ult.

Psalm. 8

psit illud, & intravit cum triumpho in Regiam Civitatem ; & regnauit spiritu aliter, & temporaliter in his, qui recenterunt eum, & dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et ideo clamant Sancti in Ecclesia : Fecisti nos Deo nostro Regnum ; & Sacerdotes. Ecce ergo Pontificatum, & Regnum in Christo, & in Ecclesia. Sed postea moriens confirmauit nouum testamentum, & accepit titulo Redemptiois plenariam potestatem a Patre in Celo, & in terra, velut ipse ait; & hanc legauit Petro.

Item mox ubi intravit triumphas, & acceptauit Regnum, statim ascendit in templum, & facto flagello de funiculis, erexit videntes, & ementes de templo, & nummularios. In quo actu satis ostendit usum Regni quoque temporalis. Et quamvis Sotus dicat hunc esse actum Sacerdotij; melius dicunt Caponiste esse actum Imperij temporalis. Nam re uera Sacerdoti conuenit solum per exhortationem, & persuasionem, & excommunicationem expellere, non autem ut flagello, & viribus corporalibus, & armis: hoc enim temporale est factum commune omnibus Principibus Laycis. Et hic notatur usus gladii ad purgandam Ecclesiam potiori Iure. Cumq; interrogaretur a Pontificibus, & Iudeis: In qua potestate hec facis? Iesus attulit testimonium Joannis Baptiste, cui credere debant, dicenti, quod Iesus erat Messias, ideoq; poterat hoc sacre temporali, & spirituali.

Ad Tertium Dico, quod Iesus respondit Pilato, se Regem esse; sed non de hoc mundo. At quidem ex hoc nequaquam sequitur: Ergo non in temporalibus. Sed dicere voluit: Ego non sum factus Rex humano more, sed Divino. Ex quo sequitur, quod plus iuris habebat ad regnandum. Ergo debebat regnare in spiritualibus, & consequenter in temporalibus. Qui potest in maius potest in minus, aiunt Philosophi, & legista. Et D. Thom. in 3. de Regim Prince. hac ratione vertitur. Immò et Apostol. 1. cor. 6. Si Angelos Iudicabimus, quanto magis ista secularia? Deinde Iesus subiunxit: Si Regnum meum esset de hoc mundo, ministri mei decertarent pro me, quasi dicat, quod ipse non venerat humano more ad faciendum se Regem per vim armorum, sed per meritum, & virtutes, redimendo nos proprio sanguine intrahat in Ius Dominij regalis; qd dixit post mortem: Data est mihi omnis potestas in Celo, & in terra. Porro humani Principes si possent mori, & resurgere regnandi causa, vtq; contenti escent emere regnum beneficio tam stupendo, quod captivat animos, & consequitur corpora, animis subdita: Et consequenter bona exteriora eis seruentia. Sed hic modus fuit Christi filius proprius, qui Regnum non debebat armis capessere ordinario modo, & quidem omnes Principes optimi hoc modo facti sunt Reges sine vi, vt David, Pompilius, Iudas Maccabeus, Samuel; per beneficia, & virtutes: in quo Messias superat omnes.

At Euangelium S. Iohannis melius explicat hoc dictum Christi dicens: Nunc autem Regnum meum non est hinc. Quasi digito ostendens per ly Nunc, quod pro tunc nullam similitudinem Regnum suum habebat cum humanis Regnis, sed quod postea suum futurum erat quodlibet Regnum. Et hunc sensum clarissimus exposuit quando dixit: Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum &c. Ergo in morte, sicuti prophetauit Isaías, meruit omnia ad se trahere.

Sed etiam Apostol. inquit, quod Deus omnia subiecit sub pedibus eius; sed nec dum (ait) vidimus omnia subiecta ei, & quod expectabat totum mundum Christo subdi in unam Ecclesiam, dum sedet a dextris Dei, donec ponat omnia scabellum pedum suorum, quia factus est (vt etiam alibi ait), caput omnis principatus, & potestatis.

Et S. Petrus ait, Prophetas praeuidisse priores eius passiones, & posteriores glorias. Hę glorię posteriores non sunt solum Cælestes anagogicę, sed conspi- ciuntur (vt ait Bernardus ad milit. templi) etiam in Dominio Christi spirituali, & temporali in terra, & melius apparebunt cum euacauerit omnes principatus, & potestates, vt scriptum est 1. Cor. 15. Quod intelligitur de terrestribus, nē

Sum Calentibus, ut aliquip patet. Sed etiam ipse Apostolus ad Hebreos videlicet
dunc sensu declarat dicens: Non Angelis subiecit orbem terrarum sacerorum; de-
quo testatus est quis dicens: omnia subiecisti sub pedibus eius &c. Nunc autem
nec cum videamus omnia subiecta ei &c. Quare? Quia: Nunc autem Regnum
meum nra est hinc &c.

Ad Quantum Argumentum, in quo triumphat non nemo dicens: Quod
Christus aoo visus est, neque ante, neque post resurrectionem potestate temporalis;
Ergo non deberet Vicarius eius ipsa vti; Quoniam non est maior Christo. Resp.
Primo Nunquid Princeps laycus, qui habet potestatem temporalem, est maior
Christi? hoc vel de Iure nemo concedit. At si conuenit causa: majoritas layco-
rum non est Sacerdoti? Sed Bern. ad Eugen. hanc potestatem temporalem non
agnoscit in majoritate, sed in minoritate. Nam ideo dicit ad Papam, quod ipse
habet gladium, & ius temporale, sed indignitatem esse, ut Apostolicus exerce-
at hac vilia munera, nisi per manus laycorum 23. De hinc respondet, Christ-
ianum in sangine suo acquisibile hanc potestatem; Et ideo non exercuit illam
ante Resurrectionem ordinari, nisi ubi intravit triumphans ut Medias in Hu-
rusalem, & ubi elecit prophanos de templo in manu sorti. 3. Dico quod alias
seruatur modus in acquisitione, & alius in conseruatione. Nam sanguine pro-
pria, & sine armis Apostoli mundi Regnum acquisuerunt. Sed postea necesse
est armis defendere fidèles, & impios extirpare, ne alios contaminent. 4. Negi:
ex hoc sequitur, discipulorum Christi non recte habere dominium mundi, vel esse
Christo maiores. Hęc enim non est majoritas supra Christum, sed Dominium
ipsius Christi: quando ascendens in altum, capitum duxit Capitularem, & de-
dit dona huminibus, ait Paulus: & inter dona est potestas, quam Ecclesia dor-
nat utram sufficiat iudicata, si ipse sufficiens fuit legislator. Ita ideo in primo
loco dedit Apostolus statuđum Euagelistas 3. 9. Doctores 4. 9 gradus cuationum, &
post hos, gubernationes, & operationes, id est Principatus temporales. 5. 9
Praterius Christus ipse dicit: Qui credit in me opera, que ego facio, & ipse
faciet, & maiora horum faciet &c. & hoc plane vidimus, quod S. Gregorius Ta-
umaturgus mirabiliora patravit, excepta resurrectione, & ascensione: & S. Hy-
acinthus redirent mortuos 4. & alij sancti maiora miracula quam Christus
fecerint. Non tamen prepterea sunt Christo maiores. Nam ea faciunt in vir-
te Christi, non autem propria virtute potestas gladii, & usus in Vicario Christi, est
a Christo, & in virtute Christi &c. Et in hoc relinet maior excellentia Christi
qui glorificatur in membris; quin etiam in vestimentis habuit virtutem faciendo
miracula: Petrus autem etiam in Vnibz; sed in nomine Iesu. Item plurimi
passi sunt tormenta plura, atrociora, & diuturniora quam Christus; sed in vir-
te Christi, qui vinciebat in illis, ait S. August. in serm. de S. Vincentio. Qua-
propter consequentia nulla est. Consimiliter Christus vivens non misit Aposto-
los extra ludam; postea vero mittit ad omnes gentes, quoniam processit or-
dinatim, & oportunitate congruente.

6. Dico quod sufficit unicus actus Imperij temporalis in Christo ad ipsum
assumendum, & relinquendum. Nos autem posuimus duos. At fraudarius
adhuc ulterius litiger, ostenderet se habuisse spiritum Iohannis Vuicelli heresiari-
chę, qui dicit non esse faciendam, neq; dicendam aliā orationē praeferat quam
Dominicam Vz Pater noster &c. Quoniam Christus aliā scriptam non reliquit.
Hem bestiam expertem argumenti, & expertem Imitationis.

Ad Quinū Dico, quod vere dixit Apostolus: Arma militie nostre non car-
nalia &c. Sed hoc intelligitur in acquisitione tantum. Quoniam Christus venit
ad acquisitionem Regni super totum mundum, non per vim armorum, ut Ty-
ranni, & Mahometes, sed per viam rationem, reddendo mundum rationabilita-
ti naturali, & super naturalem adiungendo per conformitatem ad rationes crea-
tam. Hoc quippe donum rationabilitatis, quod suum est, subiicit mundum de-
ture sibi, prima nimurum, summaq; rationi; non Tyrannorum instar accipi-
tium

gium, non autem dominatio nisi quid, unde sui suscipiendo Regulus super suos
ditos sibi comparent. Nihilominus post acquisitionem, & victoriam necessaria est
gladius Regi Sacerdoti contra irrationalis, ne forte alios inficiant, & perdantur
Christus autem non deficit in necessariis &c.

*Hab. Augst. ad
Cividam.*

Præterea tempore Christi in carne (ait August.) adimpleretur prophetia pri-
morum verborum secundum Psalmi. Quare fremuerunt gentes &c. aduersus Do-
minum aduersus Christum eius : Projiciamus à nobis iugum ipsorum, id est Apo-
stolorum : Sed hodierno tempore adimpleretur, quod in eodem Psalmo sequitur
ad Christum : Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam ter-
minos terra, & reges eos in virga ferrea, &c. quod, & idem Apost. 2. Corint.
x, non obscurè pronostauerat . Nam cum dixisset: Arma militia nostra non car-
nalia, sed potentia &c, tandem subiungit: Et in promptu habentes viceris omnē
inobedientiam cum impleta fuerit vestra obediens. Ergo trāncata verba alle-
gant Hæretici, & qui cuncte Catholici tollunt gladium materialem Ecclesię .
Ex his enim verbis postremis liquet, quod quando gentes subiecte erunt Eccle-
siae in omniis, ut completa sit obedientia perfecta acquisitione, & homagia,
tunc sit, ut Princeps Apostolicus possit rebellantes ad officium cogere, & vin-
dicare gladio materiali omnem inobedientiam . Et quidem solo spirituali non
potest omnis inobedientia pessimorum vindicari, ut dictum est; nō enim omnes
ciment illum . Et subdit S. Augustinus contrà Donatistas; quod nunc adimpleretur
ia Imperatore illud decretum quod fecit Nabuchodonosor, ut quicumq; ma-
sedixerit Deo Danielis occidatur. Sed S. Augustin. loquitur de gladio Imperato-
ris, tūm quia per manus eius exercendus est Ecclesię gladius. tūm quia tempo-
re Augustini non erat facta translatio Imperij per Papam; nec viderat ipse de-
positionem tot Principium, & positionem à Papa factam, semper crescente vīsu
gladij in Ecclesia ut dixerat Apost. ad vñtiopam omnis inobedientia, crescente
quidem vīsu auctoritatib; non autem auctoritate .

Similis est Ecclesia (ut dixit Christus in Evangelio) frumento, quod primū
germinat, deinde facit stipitem, postea spicam; in qua sunt aristae: quæ sunt
arma contrà passeres, aves, & bestias . Sicut, & virili, & alia animalia .
non subbito, sed cum maturantur, emittunt coronas, vngues, dentes exertos,
quibus armatur naturaliter. Sic Ecclesia processit secundum naturam; quæ est
Artis Diuine Ratio rebus inserta, pendens à prima arte, quæ est Verbum Dei
noster Christus. De quo propheta Iosias: Non erit tristis, neque turbu-
lentus, donec posat in terra iudicium &c. Et calamum quassatum
non confringet dec. Hoc autem totum verum est antequam

legem daret, & confirmaret, & promulgaret: &

reciperetur Imperium eius . At vero nescie-

est ipsum reliquissimam potestate

eius Regiminis necessariam, ac

pro inde nunc spinas,

vngulas,

cornua, dentes, contrà rebelleres, & incredulos emisit, ut in

Prophetis pronunciatum erat . Ad alia argumenta

facta, & fieri possibilia respon-

debitur post

seq. caput.



Christianismum esse unum ; & non plures : unamq;
caput, Regem, ac Iudicem supremum in spiri-
tualibus, & temporalibus habere, cui
omnes Principatus, & dignitates
subsint, per Prophetiam, Na-
turam, et propter bene-
ficium Principatum, &
Vassallorum, &
Vniuersitati.

Caput Duodecimum.

CONTRA hereticos, qui Episcopos Papae aequaliter, & cetera illos Catholicos, qui dicunt Imperatorem esse maiorem Papa in temporalibus, & contra eos, qui Principem laicūm faciunt dominum in spiritualibus, sicut Henricus & Rex Anglorum : Affero cum S. Thoma, Ecclesiam Christi esse unam, & non plures, ut Gentilismus ; & ideo habere unicum caput, cui omnes Principes subesse debent in omnibus ; & Christianum non instituisse aliam potestatem nisi supremam, cui consequenter subiaceant omnes, totaque simul Ecclesia, necesse est.

Primo Ecclesia est una ut habetur in Cantic. Vna est Columba mea, & primo *Propositio sexta* Corin. : Nunquid diuinus est Christus &c. Est autem persimilis navi, ouili, plex maior ex multis similiudinibus apud Apost. ad Corint. & Ephes. Ex Io: Baptista de Christo dixit : Qui habet sponsam. Archa Noe habetur. p. Petr. 3. & apud omnes doctores. Nauis Luc. 5. & apud Ambros. ibidem, & alibi sepe. Ovitis sepe apud Joān. praeferuntur x. Erit unum ouile &c. Corporis humani habetur Ephes. 4. Unus corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis &c. Et ipse dedit quosdam Apostolos &c. in edificationem corporis Christi &c. ut crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum &c. Idem Rom. 13. Sicut in uno corpore multa sunt membra, omnia autem membra non eundem actum habent &c. & Corint 10. Familia vero. Luc. 12. Quis putas fidelis est dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam ? &c. His similitudinibus vicit etiam Plato in sua Repub. à D. Clemente mirificè celebata, & Thales Milesius, & alij Philosophi plures apud Plutarchum,

2. ^o Sequitur, quod cum sit Ecclesia una, prorsus unicum habent Caput, sicut familia, & sicut Nauis, & sicut Corpus, & sicut ouile, & sicut sponsa, que nunquam duobus viris apud nationes villas datur ; sed potius apparetur semper mulieres virum unum, sicut scriptum est apud Isaiam, mysticè, omnes Ecclesias Christum : Septenarium enim universitatem significat ex Gregorio, & Augusto. Multo ergo minus in Christianismo, & quod caput hoc non sit tantum invisibile, ut Christus dicunt Heretici, sed etiam habeant Vicarium caput visibile, ne omnes vacillaremus in opiniones, & diversificaremur Principatu, & fide, redeentes ad scismata priora à diabolo introducta, & ad tot sententias, quot capita, id quod nunquam non accidit inter hereticos, & Scismaticos, unitate capitum abnegantes, circumlati omni vento doctrina.

Præterea

Exclusio

**2. ratio ex prudē-
tia diuina omnia
unitate cōseruante.**

Præterea Ergo conueniebat prudentia diuina unitatis amantissime (qua in carrie orat, ut omnes in eo vnum sumus, sicut ipse cum Patre apud Iohannem) relinquere vnum caput Vieatum suum, quo seruari posset unitas in Ecclesia sua. Concordia enim, qua unitatis est influxus reseruantur; diuisione destruuntur. Ex Euangeliō, & Philosophia Pythagorizorum.

**3. ratio ex Eze-
chielis prophetia**

Et prophetiæ, qua de regno vnioco Messia loquuntur, hanc semper capitū unitatem p̄cēconzant, tamquā vñibilis, & durabilis inter nos in terra, vsque ad finem, regendo, & vniendo totam Ecclesiam, in qua bonum, & iueundum habitare in vnum, & vnius moris. Ait Ezechiel 34. Rex vñus erit omnibus imperans: nec erunt amplius duas gentes; nec diuidentur in duo regna. Et omnes filij Israelis, & filij Iuda ponent ubi caput vnam &c. Et idem 34. & 37. Suscitabo super eos pastorem vnum &c. Et in terra; qui vt at Ierem. Faciet Iudicium, & Iustitiam in terra &c. Nunquid inuisibiliter? hoc quidem semper facit, & vbique inuisibiliter ab initio ante prophetiam hanc: Sed de visibili administratiōne Regni per Messiam caput vnum, semper prophetæ loquantur. & Iohan. x. Fiet vnum ouile, & vous Pastor.

**4. ex Salomonis
auctoritate.**

Et Salomon Eccles. 12. Verba sapientum sicut stimuli, & clavi nauis in alto defixi; qua per magistrorum consilium data sunt à Pastore uno &c. Hæc nauis est Ecclesia, cum Concilio magistrorum & uno Pastore capite eorum per Christum instituta.

**5. Ex Institutione
Diuina ab initio.**

Præterea. Fecit Deus vñū modò Principem Adā in seculo Innocentia. Ergo & vnum in seculo restituto ad Innocentiam. Similiter etiam vñus Rex, ac pater, fuit in Arca figura Ecclesie &c.

**6. Ex nobilitate
Monarchici Dñij
iuxta Theologos,
& Philosophos.**

Itē, Monarchia secundum Platonem, Aristotelem, Plutarchum, Homerum, Isocratem, & omnes mundi sapientes, est nobilissimum Regimen, maximē Dei unitatem representans, cuius alia gubernationes sunt deficientia quædam, vt patuit primo Cap. Ergo hanc reliquit Christus in Ecclesia, vt optimam optimus. Et S. Cyprianus ad Corinthium Papam in idem scribit, ex eoq; demonstrat; quoniam, inquit, Vnus Deus, vñus Sol, vñus Rex in Apibus, vñus armentorū magister &c. Et dicit Ecclesiam esse vnam, sicut vñus sol cum radijs multis, qui sunt Episcopatus multi, & sicut Arbor vna cum ramis multis. Christus autē non est diuisus, vt probat Apostolus; Ergo vnum caput reliquit in mundo.

**7. Ex Christi Insti-
tutione qua Petrus
caput omnium prepo-
suit cunctis. Proba-
turq; hic pluribus.**

3. Caput totius Ecclesie vniuersalis proculdubio fuit Petrus ex Christi institutione: & non Episcoporum, neque Apostolorum, neq; Imperatorum, sed Diuino iure, probatur.

**P. prōbō ex impo-
sitione nominis sui
quo fūdauit Ecce-
siām. Petro cōmu-
nicati, uī Vieario.**

Primo Quoniam Christus caput Ecclesie, soli Petro dedit proprium nomen, sicut Cæsar Cæsaribus successoribus, & Pharaō Pharonibus. Christus enim quatenus fundator Monarchiæ vniuersalis, vocatus est à Prophetis Petra, dixit David: Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput Anguli &c. Quod ipse Christus de seipso interpretatur Math. 21. Apostolus Petrus declarat de Christo dictum fuisse Act. 4. Et similiter Paulus Rom. 9. & Ephes. 2. ait. Hic est lapis angularis, qui facit vtraq; vnum. Itidem Isaías 8. & 28. Ecce pono in Syon lapidem &c. Et ipsemēt Christus declarauit ad Iudeos loquens, quod de seipso intelligebantur haꝝ prophetiæ de petra angulari. Porro scimus ex Euangeliō, quod Petrus primò vocabatur Symon; & Christus dixit ei. Et tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, & alibi Christus ait eidem: Tu es Petrus & super hanc petram adiſicabo Ecclesiam &c. Ergo Petrus est successor Christi, & fundamentum visibile ipsius Ecclesie anato, sicut in Syriaeo Idiomate Cephas interpretatur Petrus, & lapis, ita in Graeco interpretatur Caput, sicut exponit Optatus Episcopus Meliuet. Sanctitate, & Doctrina, & Antiquitate celeberrimus. Idcirco semper ab Evangelistis Petrus numeratur in primo loco. Optati deciationem de Cepha facit etiam Vigilius Papa, ponens Pontificem Romanum Iure Divino Conciliorum caput, & Judicem Episcoporum, & Regum, & Imperatorum.

**Exempla ad Euse-
bium.**

secundū

1. Secundo Quoniam per collationem Christo discipulos suos, quam opinionem habent de ipso homines, & censuratis erroribus opinantium, solus Petrus fecit. *misericordia confessionis*
Etiam misericordiam confessionem. Mat. 16. Tu es Christus filius Dei viui &c. & „ Petri in collatione Christus, subiunxit ad meritum tantæ fidei: Beatus es Symon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi &c. Et ego dico tibi. Quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves Regni Cœlorum; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in Celis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in Celis &c. Hæc fundatio non legitur facta super omnes, nec data omibus ista maioritas gubernandi: Sed Petro filio Iona confidenti Deicatem personaliter descripto, sed ceteris solum potestas soluendi, & ligandi peccata, ut pater Matthæ. 16. & Iohann. 20. & faciens miracula, & predicandi Euangelium per totum mundum. Quibus in rebus omnes Apostoli fuerant pares, ut dicit Hieronymus: hœc est, quo ad ordinis potestatem, non tamquam quo ad iurisdictionem, & Gubernationem. Sic etiam Papa Bonib[us] Episcopis ex æqualis ordine: superior: vero iurisdictione; nam Petrus dicitur est super omnes spiritus uite, & temporali, cum dicit In Cœlo, & in terra, solutum, ligatum &c.
probatio 3 ex Propheta Isaia.

Et de hac potestate extat Prophetia Isaie 42. super Elyacim Sacerdotem magnum, qui accipit claves Dauid, & honoratur Regno temporali in seculo cum spirituali in hoc Sacerdote, de leuitico facto Dauidito. Et in Apocal. repertuntur claves Dauid, non claves Aaron.

Et cum. 42: quodcumque ligaueris super terram &c. clavis ostendit potestatem hanc universalissimam esse, hoc est redire, & diruere omnia, ut opus fuerit Regnum mundi Christiani; nec poterat dari amplior, nec cum amphori sermonis formula absque glossa; ut qui ipsam restrinxit ad spiritualia: tantum exclusis scilicet temporalibus, appareat subbito ignarus; vel sopliflat; vel malus gonus. Namq[ue] et per regulam Iustis consistoriorum Privilegia interpretantur ampliatiæ, penalitates restrictiæ, multo magis q[uod] ampliata sit à legi latore.

Et quamvis aliquando dicat Augustinus, Ecclesia edificata esse super Christos qui est Petrus, & ipse solum est fundamentum ecclesiæ Paulus 1. Cor. 3. Fundamentū aliud nemo potest ponere, præterquam quod possumus esse, qui est Christus Iesus, &c. Nihilominus, ex hoc non triumphat Calvinius, & Lutherus contra Petri primatū: nā ipse met Augustinus p. retrac. c. 11. retractat hanc sententiā, & dicit intelligi de Christo primario, & de Petro eius Vicario. Idemq[ue] facetur, serm. 15. & serm. 28. de sanctis. Et quidē violatetur textrus, si id, intelligatur. Nā Christus ait. Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam &c. Esset quidē quasi delusio, si præconiū Petri ex nomine retrorqueretur ad misteriationē eiusdem verbis. Et palam Hæc refert petra Petri. Eoq[ue] magis quod sermone Syriaco Cœphas dicitur masculinè, sicut latine lapis; ut sensus sit. Tu es lapis, & super hunc lapidem a me nunc laudatum, qui es tu, edificabo Ecclesiam meam. Et ita canit Ambros. pro Petro, & S. Clemens 1. ad Iacob. Et Origenes sup cap. 5. Epist. ad Rom. & Basil. lib. 2. adversus Eunomium, & Theophilactus, & Hieronymus, Chrysostomus sup Matth. & in Hom. extrau. sup Matth. præcipue in 18. & in vltimis. & Hilarius perpera ab Erasto intellectus ibidem; & idem alij Patres, super Petri Petram Ecclesiæ fundatione Ecclesiæ, cui super suū Vicariū ppter meriti confessio[n]is eius. Et quāvis Origenes super Matth. dicat etiam super alios Apostolos fudari, & super omnes bonos Christianos, hoc intelligitur allegoricè de illis, & tropologicè in respectu ad Petru[m]. Sic etiā Christus dixit, quod qui facit voluntatem Patris eius, est frater, & mater, & soror eius. Et tamē cū hoc stat, q[uod] sola Beata virgin Maria fuit vera mater, nō tropologicè, sicuti alij facientes eius voluntatem.

Et quāvis dicat etiā alij discipulis in Matth. 18. Dic Ecclesiæ: Amem dico vobis quæcumq[ue] ligaueritis super terram, erit ligata & in Celis, & quæcumq[ue] solueritis &c. Hoc Petri potestate sūo minuit, imò auget. Nā tunc dabit claves ordinis, & Apostolus ceteris Apostolis, quos tamē sub iurisdictionis clavibus, Petro datis suis.

probatio 3 ex Propheta Isaia.

*Resp ad Obiectione[m]
"hæreticorum contra
probationem 2. Catho-
lico[rum].*

*Quod Petrus sit ue-
re fundamentum,
et pastor totius
Ecclesiæ.*

Quis est papa et non vir pascatur etiam apostolos, id est, regat in iunctu eis illi. Hic ergo cœcilius, & Ecclesia simul in peccatores recipiens claves, vniuersaliter. Sed hac potestas seorsum data vni, facit majoritatem in eo super omnes, præsertim cum super Petro dicat fundasse Ecclesiam Mat: 16. & notat Origin, quod alijs dicit Christus, erit solutus, & ligatus in Cœlo: Petro vero dixit, in Cœlis propter amphorem potestatem super omnes. Ex quamvis dicat Augustinus, quæcumque sibi tuorem facit Caluipus, & Lutherus, datas suisse claves Petro in persona Ecclesie, non tamen propter Petrum nos præfertur omnibus. Nam intelligitur quod et ad proprium modo usum, & dignitatem Petrus accepit claves, sed ad usum, & dignitatem Ecclesie ipse tamquam caput; alicuius omnis Christianus habere claves, & nullus esset usus capitis, & clavius. Sed sicut dicit Aug, id est de Ciuitate Dei; Deum dedisse Romanis Imperium in Augusto ob virtutes illorum Politicas nec tam propterea omnis Romanus fuit Imperator, sed ille unus, xpi, erat caput, & omnia membra ciboribus, & souebat, & regebat, ita nunc dicit, Petrus accepisse claves Ecclesie, & Ecclesiam Claves in Petro. Cum quoniam tamen verum est, quod solus Petrus primatum in claviis habet, Et propter Petrum commendat Ecclesiam regendam dicens: Pascere oves meas, non autem aliquid regendum Petrum Ecclesie commendauit: Pascite Petrum: qui confirmat &c.

LXXX. 20, 21.

Et hoc patet, quoniam Christus resurgens a mortuis, cum dixisset: Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in Terra; & mox dedisset sanctis potestatem remittendi, & ligandi peccata in claviis ordinis: deinde examinat Petrum ter, super doctrina dilectionis: Petru diligis me plus his? Et cum vidisset ipsum cibostantem Petram, subdidit etiam ter: Pascere oves meas; pascere agnos meos: hoc est Clericos, & Laycos, qui sunt agniti ouium; ut te dñe exponunt Doctores, non enim hoc mysterium vacuum sit; Porro hanc supremam potestatem pascendi (quod sonat regendi) alij non dedit Christus, sed Soli Petro, & fundavit eam super hunc diligis me plus his? Ergo quia Petrus diligie plus quam alij Apostoli, & meruit Imperium super alios omnes Apostolos, & laycos.

Hic notat S. Chrysostomus. Super Acta annorum: quod videtur debuisse Petrus, qui erat (ut ipse ait sepe) os, caput, & Coryphaeus Apostolorum, fieri Episcopus Hierusalem, & non Jacobus, cum in Hierusalem Ecclesia ortu[m] habeat, & promulgationem legis; & respondit huic obiectio[ni], quod Petrus fuit Episcopus totius orbis Terrarum. Quia ratio nulla esset, si omnes habuissent eadem potestatem iurisdictionis in toto orbe, sicut habebant ordinis, & prædicandi Euangelium in toto orbe. In hoc non sunt pares ex delegatione Christi, ut ait Turrecr. sed non in iurisdictione. Ergo quoniam solus erat caput Apostolorum, & mundi (ait Chrysostomus) propterea non accepit Episcopatum particularem, sed totius mundi: Veluti id est Chrysostomus, etiam docet in primo sermone de penitentia. Atque itidem habetur in prefatione Codicil. Nyc. primi. Sed deinde fundat sedē sui Præcipitatus Roma, quia erat mundi Caput ipsa caput, & transfluit ad successores suos; neque enim pro illo tempore tantum, sed usque ad finem, Ecclesia indigeret unitate capituli. Ergo & haberet Christus quoque fuit Romae crucifixus in persona Petri, qui erat Petra Vicaria Christi Petri, vi dixit: Vado Romam iterū Crucifigi. Qui negat banc Historiam ipse negabitur. Extat apud S. Ambros. & alios Doctores, & facillum ibi adificatum ad huius rei memoriam extra Vrbem cernitur adhuc.

De primatu Romani Episcopatus
Non accepit Ecclesia Romana primatum ab Imperatore, antiquorum, nec amplius negat Petrum suisse Rome; vi Chytreas, & Lutherus negantur.

Hunc primatum Petri, & Romæ fundatum approbat Sancti Doctores. Si quidem Athanasius, & Episcopi totius Aegypti, scribendo ad Marçum Papam vocante,

Vocant Romanę; atq. Apostolicae Sedis, atq. Inuictissimae Ecclesie Papam; & most. Romanam Ecclesiam caput, & matrem omnium Ecclesiarum, que semper mansit, & manebit immaculata præcibus S. Petri. Cui omnes Episcopos oportet obedire. Cyprianus, Ireneus, Hieronymus, Augustinus, Fulgentius, Leo, Gelasius, Iohannes Papa, & Martyr, Nicolaus, Bonifacius, Gregorius, Ambrosius, Bernardus, Cyrillus, Athanasius, Hugo, Thomas, & alij innumeris, & Concilia antiquissima, ita quod, fultitia est, ne dum impietas omnium simonia fide digna negare. Vnde Arator Card. sub Papa Vigilio cecimis.

Dignaque materies Petri, Pauliq; Coronæ, Tartareae superare minas, & in arce Tyranni. Pandere Iura Poli &c.
Nā claves poterit, & claves scientie coniunxerunt hos duos duces militiae Dei ad fundandum primatum potestatis, & magisterij in urbe Romæ, sicut dicit S. Maximus in sermone de præfatis Apostolis.

Item Paulus ad Rom. 9. ait: Erit in loco vbi dictum est non plebs mea vos;

Prob. 2. ^{aut:} Apoli Pauli

ibi filii Dei vocabuntur. &c. Hic locutus Roma est. Nam de Babylone tamquam de capite omnium gentium, quæ non erant plebs Dei, secundum Osæam interpretatum à Paulo, dicebatur primò. Non plebs mea vos: Ergo cum Roma vocetur Babylon à S. Petro, & Iohanne Apostolis, & à D. Augustino, & Hyer. propter successiōem Imperij Babylonici in ipsa, debebat ad ipsam mutari gratia ut vocentur filii Dei in ipsa.

Hoc etiam prædixit Isaias. 63. Tu piter noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu dominus noster, & Redemptor noster &c. Quia secundum carnem, nec Abram, nec Israel quid coniuncte habent cum Roma.

Et Micheas 4. ait: Tu turris Gregis nebula filia Syon: usque ad te veniet potestas prima Regnum filia Ierusalem &c. Hæc est potestas Mellæ, idcirco dicitur prima, aut sic supremal donandi mortem, & vitam, quæ dicitur Potestas gladii, vel condendi leges, ut loquitur Philosophi, creditur Ventura ad filiam Syon, quia Iudea secundum fidem fratrum est gentium, teste Chrys. Ergo Ierusalem Roma. Idcirco, & Michael Custos eius Romam migravit. Et idem Isaias ait: Mægisterius est Dominus, quoq; habitat in excelso, hoc est Rome, "quæ interpretatur Excelsum. Unde protinus Idola, & posuit Iura poli, ut dicebat Arator. &c.

Sequitur esse Principem non modo omnium Principes, iacycotum, sed etiam omnium Episcoporum fratrum suorum, sicut dictum est ad Jacob eisdem typum benedictum ad Sacerdotium: Incurretur ante te filii noster tuus est dominus fratum tuorum. Nam Petrus tamquam plus diligens quam alii, fuit omnibus prepositus. Item illi dictum est: Confirma fratres tuos: & Pasce oves meas &c. Et ut in cap. 1. & 3. patuit, Princeps Sacerdotalis omnium est Dominus, & caput, & iudex iure naturali, & diuino.

Ergo Concilium non est supra Papam nisi vbi fuerit Hereticus, aut scismatisticus, aut dubius, ut decernitur in Concil. Constant. Et ita interpretatus est Germon. Quatenus Papa possit arbitrium eligere aliquem, cuius se Judicio substatit; non tamen tenetur ei obediere ob iurisdictionem, quam supra se non potest dare, sed ob conscientiam.

Item item Christus fecerit Petrum Pastorem; Gubernatorem, Patrem familiig. & Caput, non possunt omnes Episcopi super eum, quoniam membra non possunt super caput, nequaquam super gubernatorem; nec familia super patrem; nec oves super pastorem; nec sponsa super maritum; nec legitur unquam in Bursaplio Ecclesiam Petru, sed Petrum Ecclesiaz prefici. Pasce oves &c. Confirmation &c. Super hanc petram fundabo &c. Sed nondixit ad Ecclesiam aliquando pasce Petrum, vel confirmata Petrum; nec, Super te fundo Petrum &c.

Pterea idem probatur ex præxi Pontificum, & Conciliorum, quod Iesus Christus, Petrus, & Ecclesia Romana obtinuerunt primatum, & potestatem super

Papa est sup Epos et Concilia.

Probatur de Iure

Divino, et naturali

Concil. non est supra
Papa nisi fuerit
Hereticus, Eshme-
cicus, & publicanus
manifestus.

2. probatio ex eo qd
est caput, et Pater
familias et Natura-
rus, et sponsus.

3. de Iure positi-

Vide in Simula Concilia, & Omnes Episcopos. Anacletus Papa, & Martyr id docet. Et quod conciliorū istas acause difficiliores ad Romanam Ecclesiam referantur; & quod consacratur Ecclesia Romana à Petro, & Paulo, ut sit prima mundi Sedes. Idem Zefirinus Papa docet à Petro 24 quia sic Apostoli statuerunt. Idem Cornelius Papa corrigit Synodus Cypriani, & Lucius primus Papa, idem quod non potest errare. Idem Felix Papa 25. à Petro: Idem Marcellus 29. à Petro. Et quod Concilium sine Romano Pontifice non potest congregari, nec robur habet. Idem Melchiades à Petro 31. Idem habetur in Prefatione Concilij Nyceni primi. Idem Syluester Papa in Concilio Romano. Idem Osius Episcopus in Sardicensi cum toto Concilio. Item in Meliuitano, ubi aderat S. Augustinus. Idem Hylarius Papa in approbatione Concilij. & Gelasius Papa primus robur Concilij ab Ecclesia Romana: & confit. Idem Symmacus Papa in Synodo, approbans Ennodij Diaconi libellum de Papā primatu. Idem Vigilius Papa, quod Dei, non Concilij auctoritate Papa supereminet Iudex, & caput Episcoporum, & laycorum. Idem docet Xystus 3. Præterea ex Concil. Nicen. primo, & Sardicensi, & Meliuitano, & Toletano primo, & Ephesino primo. Que concilia à Papa firmantur, & à suis Legatis, patet supræma potestas, ut supra. Item in Calcedonensi, quod à Leone primo firmatur, valet: quod non firmatur, non valet: vocatur Leo Dominus Episcoporum, & vniuersalis Ecclesie Papa. Et Concilium petit ab eo confirmationem, & imperat, & dixerunt Patres: Deus loquutus est per Leonem, & Petrus per Leonem decrevit. Item Hispani 2. et 5. firmantur à Papa, qui etiam iubet non alias teneri præfationes Missæ, quām quos ipse dat Episcopis Germaniæ. Idem in Toletan. 2. & Lateran. primo sub Martino primo. Item Leo 2. confirmat & Synodum, & quos damnat ipse, damnat & Synodus. Idem ex Concil. sub Carolo magno, e congregato à Bonifacio Episcopo, ex petitia autoritate Zeuh. Papæ. Idem ex Concil. Nyceno 2. sub Adriano Papa primo à quo confirmatur; & declaratur, Concil. absque Papa non valere. Item ex lateranensi 2. sub Innocentio Papa 3. Idem in Viennensi Concilio sub Clem. V. Papa. Idem ex 8.º Synodo. Item Concil. Basiliense dissoluitur à Papa Eugenio 4.º & declaratur, Papā esse super Concilium in Concilio Florentino, cuius contrarium declarat Concilium Basiliense, & Constantiense; quæ tamen non valēt, nisi in quo à Papa firmata sunt ut ibi patet. Tandem Trident. Concil. à Papa confirmatur, & prædicta omnia approbantur. Idem habes ex lateranensi sub Leone X. contrà Concilium Pisanum. Item S. Augustinus de Verbis Apostolorum serm. 2. contrà Pelagium duo Concilia missa dicit ad sedem Apostolicam, & indè rescripta venerunt, ait, ergo causa finita. Idem S. Thom. lib. 3. de Reginin. Princip. & 2. 2. q. 1. art. x. q. x. art. 4. ad 13. docet Concilia non posse congregari sine auctoritate Papæ, nec decreta eorum valere nisi ab illo confirmantur, & à Concil. ad Papam appellari posse, & non à Papa ad Concilium. Idemq; probat Caiet. in Commento de Iure Diuino, naturali, & positivo, & praxi.

Ex particularibus

Papa non dependet ab Imperatore sed contra

Iure probatur ex omnibus Theologis Primo ex Apolo.

Idem confitetur Cocilium Sinuessianum 30. Episcoporum sub Marcellino Romano, & Calcedonense sub Sylvestro; & Romanum sub Sybmaeho, & Lateranense sub Leone, & Synodus Sub Carolo Magno.

Vbi habetur, quod sexto loco probamus, quod Summus Pontifex Christianorum non dependet ab Imperatore nec ab aliquo Principe, in spiritualibus, nec in temporalibus: sed ipse est Iudex omnium, & supereminens in spiritualibus, & temporalibus, vniuersalis mundi Dominus redempti, & magis quam excepti à Christo, sicut ex predictis potest quoque manifestissimum esse.

P.º Quoniam spiritualis omnia iudicatur, & à nemine iudicatur, teste Paulos multo magis ergo spiritualissimus. Ex quauis Papa de facto non esset sapientissimus quantum requiritur ad tantam spiritualitatem; de Iure tamen semper præsumitur esse, saltem propter afflictionem Spiritus Sancti. Id quod Panormitanus non intellexit. Multi Reges de facto indigni sunt Regno, non tamen de Iure pri-

maritus,

atur ; nisi per Papam ; vbi , & quando Mesia illi necesse est . Hoc dico respondendo ad Lutherum , & Anabaptistam qui depositur Papam , &c. Reges , &c. Saeculares dicta de causa , absq; respectu ad bonum Rcp. summa . Dicit idem Apost. An nascitur , quia Angelos iudicabimus , quanto maius . Item ex codi-

gis ista secularia ?

3. Ex Isaias qui dicit ad Ecclesiam in 54. Omne vestrum factum est contra te , non dirigetur , & omnem transgredi resistenter tibi in iudicio iudicabis . Hec est hereditas seruorum Domini , & iustitia apud me , dicit dominus sec. vbi , pater hereditas domini , & condendi leges , & iustitiam faciendo super omnes . Principes terrae , quia Ecclesiae restiterunt (Quare fremuerunt gentes) Ergo principes hoc intelligitur de Imperio Romano , quod maxime omnium afflitit christianismum .

Item in cap. 60. Adiucabant filii Peregrinorum muros tuos , & Reges eorum . 4. Ex codem ministrabant tibi , &c. Hoc fecerunt Constantinus , Carolus magnus , & omnes Principes benesentientes de fide . Porro falsa essent prefatae autoritates propheticæ . si vel in minimis dependeret Sacerdos Status à Potestate laica ; aut si quis exceptus haberetur in spiritualibus , vel temporalibus à jurisdictione Ecclesiastica .

4. Ex David inquit . Adorabunt eum omnes . Reges terræ ; omnes gentes seruient eum &c. Et cum hoc non verificetur de Christo dum fuit in terra ; nisi à tribus Magis Regibus semel ; nunc verificatur in suo Vicario , cui deserviunt ; ut Chistus : nisi velimus alterum . Messiam cum perfidis Hebrews prebelarie .

Item Isaias : Gens et regnum quod non seruiuerit tibi , peribit &c. Ergo valde aberrant Theologi anteponentes Imperatorem , aut aliam dignitatem quamquam ratione , & patui ; cui nimis otiosos seruire tenentur ; & iam perierunt , qui repugnarunt .

Item Isaias . Venient ad te curui filii eorum , qui humiliauerunt te , & adorabunt vestigia pedum tuorum ; & omnes , qui detrahebant tibi ; vocabunt te , Ciuimat Domini . Syon sancti Israel , &c. nemo per Syon non intelligit Ecclesiam , ergo . &c.

Item in cap. 61. dicit Messias etiam : Spiritus Domini super me , eo quod vixerit me ; vt annunciem matisuetis . &c. Ex post predicationem Messie subditur quod futurum erat . Stabunt alieni , & pascen' pectora vestra ad fin' peregrinorum agriculte , & viingotes vestri erunt . Vocauerunt sacerdotes Domini vocibimini ; ministri Dei dicetur vobis . Fortitudinem Gentium commeditis , & in gloria eorum superbietis . &c. Hoc mirisio adimpletur in Papis , Cardinalibus , & Episcopis ; successoribus Apostolorum ; in quibus ipsi Apostoli , qui vexati olim fuerunt , nunc adorantur ; & imperant Orbi . & Principes hinc custodiunt vineas , et pascunt pecora Ecclesiae . Principes autem Sacerdotales sunt in gloriam promissa . Vnde Bernardus prohibet eos tractare vilia , & temporalia , & gladium materiale , quamvis sint domini temporalia , & gladij possent habeat , quod non semel probauit contra pseudo politicos .

Ideo etiam de his dictum est in Psalmo : Nimis honorati sunt amici eius Deus . 9. Ex David . Nimis confortatus est Princeps eorum . In , ty , Nimis ; scandalizantur heretici , & Ignorantes : Praeterei verò mali abusiones faciunt in Nimis .

Item David Psal. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii . (huc est Episcopi . Ex David Psal . pro Apostolis sic Augustinus) Constitues eos Princeps super omnem terram .

Item Tobias 14. prophetat de huiusmodi Dominino supernomia . Gaudebunt in Tobia , O in ea , id est Ecclesia , omnes Reges terræ adorantes Regem Israel , & in 13. idem . Itala . sit : Luce solendida fulgebis , & omnes fines terre adorabunt te &c. Et Isaias Augustinus bulabunt gentes in lumine tuo . & Reges in splendore ortus tui .

Et paulo post Erunt Reges Nutricij tui , & Reges . Nutrices tuas . Vultu in terra . Ex Isaias ram de missa adorabunt te , & puluerem pedum tuorum lingent . Quidam dicit . Hoc inde impletus dum omnes osculantur pedes Messie in pedibus Papa .

carij Messie, alioquin falsus Messias esset cum sibi id non fecissent.

15. Ex praxi bonorum Principum,

Hec profecto testimonja præ oculis habuere Costantinus Imperator, & Sylvester Papa; non autem Peripateticismos aliquorum Theologorum non timentium indignationem Dei, sed Principum huius saeculi, proptereaq; adulantium.

16. Ex iis conuenienti.

Porrò impia stultitia est afferere, Pontificem, & Ecclesiam subesse laycis portentibus, a quibus sibi pedes osculatur. At licet repugnant multi, nil mirum: quoniam adhuc potestas Ecclesiastica non bene agnita vsquequaq; est prorsus. Quod, & Christus dixit ad S. Brigidam lib. 8.c.48 Verba euangelica non bene completa adhuc sunt cum primis Regibus. Sed adhuc venient quibus complebuntur.

15. Ex Bernardo de Confid. lib. p. 23

Item D. Bern. ait: Papa est, Antiquitate Adam, Primatu Abel, Authoritate Moyses, Patriarchatu' Abrahā, Dignitate Aaron, Iudicatu' Samuel. Gubernatu' Noe, Sacerdotio Melchisedech, Regno David, Apostolatu' Petrus, Vnctione Christus, Sacerdos magnus Princeps Episcoporum, Hæres Apostolorum &c. Scimus autem, quod Patres prænominati præcedentes in Typum, utraque potestate potiti sunt, temporali, & spirituali; excepto Aaron, & David; ille enim sola spirituali, hic vero sola temporali, decorati sunt. Sed quoniam Deus promisit Davidi Sacerdotium Aaron, & vniuit Spirituale cum temporali, vt fiat secundum Melchisedech; hi duo vnam modò in figuram Papatus preuent: & est Regis, & Sacerdotalis, & Melchisedech, sicut supra declaratum est ex Psalm. 109. Et quatuor Bern. non nominet hic David, alibi in eodem libro ipsum nominat, & in multis sermonibus figuram Christi eundem facit. Et paulò post in eodem libro ad Eugen. declarat Papam esse Rectorem omnium Principum, & Imperatorum, & moderatorem legum, & totius orbis Pastorē, & Principem, vt dicebat Ezechieiel; sicut patuit in præcedentibus sermonibus.

16. Ex Zacchar.

Item Zacarias id circa dicebat de tempore Messiae. Erit omnis qui offendit in Hyerusalē, sicut David (hi autem sunt Princeps layci) & Domus David sicut Domus Dei (hæc est Ecclesia) quoniam dabit illi Dominus Deus sedem David Patris sui (dixit Angelus) En ergo David resuscitatus, teste Ierem. 23. Ut faciat iudicium, & regnet in terra, est nunc sicut Deus, & hic est Papa. Quædoquidem omnes scriptores Sancti, asserunt cū Ieremia, et Ezechiele, & Osea, Christum esse David resuscitatum: Ergo & Papam. Ergo supponere Papam iudicio secularium, est supponere Deum, & pervertere totum naturæ ordinem. Negare quoq; Dominum Papæ super eos, est idem inconveniens. Vnde cum Iudei Samuelis prolem, Sacerdotis, & Iudicis, nollent super se regnare, dixit Deus: Non te abiecerunt, sed me, ne regnum super eos sit. Reg. 4.

Item S. Clem. scribit ad Iacobum fratrem Domini S. Petrum ita ordinasse in Christiana Politia, vt omnes Principes saeculares subiaceant Sacerdotibus. Et S. Ambros. citatus à Grat. docet; Nullam dignitatem humanam, posse comparari Sacerdotio; Quippe cum sacerdotes sint Deo propinquiores, Ergo maiores &c.

17. Ex S. Ambros & S. Clem.

Item hæc glosa, (spiritualiter, & non temporaliter) stulta est; quoniam oporteret Ecclesiæ non esse vna, nec vnum habere caput, vti docet Apostol. Ex quo totum corpus connexum, & compactum crescit &c. Sed esset monstru habens duo capita, alterum spirituale, alterum temporale. Tunc quero, vtrum alteri subest; & tunc non erit caput quod subest, sed collum, aut cor. Si non subest, erit processus à Deo duorum sine ordine, & colligatione; & tunc esset dispositio Ecclesiæ instelix, qualem Arist. in 12. metaph. futuram suisse docet in mundo, si essent duo primi motores. Vnde concludit. Entia nolunt malè disponi: Vnus ergo Princeps. Et profecto semper Ecclesia ruinæ proxima fuit, cū Imperator caput se esse professus est, non dependens à Papa; & hoc docet Boz

§. 8. Autoritate Diuersis iuxta aguntur.

Præterea; Scimus spiritualia esse ad digniora temporalibus, quod anima corpori est. At si animam subdis corpori, & regimini eius, quacumque in re, peccatis precelletia est natura. Sicut Plato ostendit in Dial. de legib. ad hoc propositum doquemus, & Gregorius Nazianzen. in oratione. Et D. Thomas 3. de Reginis. Princip. Sec.

Prætres; Si Constantinus donauit Romam, & totū Imperium occidentis, Ecclesie, vt legitur apud Grat. In Palea, Constantini. Et declarauit se seruum Ecclesie, tenendo Staffam dum Papa Sylvester ascendit Equum; re vero non dedit, sed cessit Ius natura, & diuinum veneratus. Vnde ait S. Thomas 3. de Reginis. Princip. cap. 17. Sicut narrant historie, post quam Constantinus cessit Imperium Vicario Christi. Manifestumq; hoc fit ex hoc, quod ipse erat Pontifex & Imperator, & cessit Pontificatum, & non dedit. Ergo etiam cessit Imperium quod cognoscebat Pontificatu annexum iure Romano. Id quod etiam propheta Iesu Messie ante dicierat ab Hebreis. Si quidem primo Hebraizauit, & ab ipso Sylvester, & à Sybilla, que Augusto prædixerat Dominiū Christi super Imperatorem; & hoc notissimum fuit omnibus Romanis Imperatoribus. Ergo Constantinus non dedit Imperium Occidentis, sed agnouit illud esse Papæ, sicut & Sacerdotium. Ergo, Imperium quod sibi retinuit, recognouit à Papæ, qui reliquit eum, vt Ecclesie defensorem, & hoc palam est. Quoniam si Papa dixisset illi, quod de Iure non posset Imperium retinere, procul dubio renunciasset. Ergo remansit tamquam defensor Ecclesie, & Vicarius Imperij Messie, authorizatus in tali officio à Papæ in gladio Messie. Et sic magis credibile id efficitur secundum Sotii opinionem: qui ait, non habuisse Ius unquam Romanos super Imperium Mundi. Ergo Sylvester dedit illis Ius, vt eorum conscientia solidaretur: Nisi fateatur falsos Christianos suisse tot probos Imperatores. Idem docet Augustinus Triumphus de Constantini cessione.

Item hoc ita se habuisse patet ex eo, quod Constantinus declarauit omnes causas posse appellare ex tribunali Imperiali ad Sacerdotale, & non ē conuersos; & Sacerdotes esse Deos, nec posse à quoquam Iudicari: & quod non conueniret residere mortalis Regni sedem Romam, vbi Caleste Solium Petri residebat. Idcirco & Bizantium abiisse: Vt itidem docet etiam S. Thomas.

Parte harū Constantini legū Pontifices sponte dissimularū, & quasi renunciarū, ut discordantū Imperatorū, minus priorū, voluerati cōdescenderent. Nilominus quando ita fert Christianismi Regimen, ipsi vtuntur Christi auctoritate, ponendo, & deponendo Principes, approbando, & corrigendo leges eorum, & causas malè iudicatas retractando, & Deus confirmavit in Cœlo Omnia; & visus, legem interpres, idem docet. Et hoc est argumentum S. Thomæ de Iure potestio acerbitum pro Papatu super omnes Reges in temporalibus & Spiritualibus. Et quod Ius in rebus fidei, & in peccatis magnis, ait, solet manifestari, probat auctoritate Hyeremiz. Ecce posui te super Reges, & Regna, ut euellis, & destruas, adfices, & plantes. Omnes enim conuersio magna momentum ad Papam referuntur, & ab ipso deciduntur. Nam Gregorius 7. Papa, depositit Henricum 4. Imperatorem. Innocentius 3. Othonem 4. Innocentius 4. Fidericum. Alexander 3. alterum Fidericum. Greg. 3. Leonem Imperatore 3. Leo Papa 3. Transfudit Imperium de Græcis ad Gallos. Leo 8. ex Gallis ad Germanos. Gregorius 5. creauit Electores Imperij: & à Papa recipiunt confirmationem; & Coronam,unctionem, & gladium. Zæcharias Primus Carolum manum Regem priuauit Regno, quia erat iniurialis. Alius priuauit Cheldericum ob idem. Adrianus Primus, Desiderium Longobardorum Regem depofuit. Alius Regem Angliae subiecit tributo: Alius priuat Regem Natstræ: Alius Reformat Regnum Portugallia, & dat Titulum Regium: Alius cogit Ungarū Regem suppetias Hierosolimæ, cōminatus depositionem: Alexander Sextus partitus est

xx. Ex cessione Constantini.

Imperator nō dat, sed cedit Papa. ut dicit S. T. boni 3. de Reginis. Princip. Cap. 17.

Confirmatur argu-
mentum ex. praxi
Constant.

24. Ex iure possi-
to, & praxi;

nouum orbem tamquam summus mundi Iudeo-Romanus Castells, & Lusitanis
Bella vniuersitatis 23. & 24.

Confirmatur Ius „ qmnia iuxta prophetiam Jeremias in persona Christi . Sicce posuit super gen-
„ possum hoc, au-“ teres, & Regna, ut euellas, & deferas, & adfices, & plantes &c. Prost&Cō nuncqua-
cloritate Jeremie. „ perfecte verificata est hec prophetia , nisi in Papatu, & correspondet illi vniuer-
“ ex Iura cano-“ sali propositioni ad Petrum . Quodcumq; solueris . &c. vel ligaueris &c.
nico recentiori.

Præterea Idem probatur in Extrau . Bonifa. 8. vblctiam per naturales ratio-
nes , & auctoritates sanctorum, doceatur , Deum, secundum Dionysium, reges
inferiores ordines per superiora, & quod omnes tenentur solvere decimas in si-
gnum Jurisdictionis ; & quod ut possit regere eos Ecclesia; necessariō vtraq; po-
testas in vno capite asserenda , est .

Et sane qui totius mundi curam gerit , totius potestatis , & non dimidiz, ad
rebelloz exercendos ius habet . Et R: x Gallia, si se exemptum putat ab hoc de-
creto Bonifacij, sibi sitibet se non esse Regem legitimū. Nam Pap: solius aucto-
ritate translatum est Regnum à domo Caroli magni, in domum de Valois, vt si
hanc potestatem super se neget, se Regem Iure neget . Sic S. Thomas, ex eo qd
Adrianus Papa Carolo magno consert Imperium , probat esse super; et Grecos,
& Latinos Imperatores ab eo dependere de iure , quod etiam auctoritate Con-
ciliorum quatuor , & praxi gestorum, & Imperatorum confessione probat. vnde
patet Regi Ghorum tutius esse, ac utilius, dependere à Dei Vicario , quam à
parlamento Reipublicæ demonstratum est .

Quapropter satis patet ex vsu , in Pap: potestate esse omnium iura Regno-
rum . &c.

Præterea idem cogit fateri non modò usus , sed etiam abusus . Nam Chris-
tianismus semper deterioratus est , vbi caput non agnoscit hec suprema potestas
vniuia . Nam discordia inter Pontificem , & Imperatores, Saxones , & Suevos ,
causa fuerunt , ut Turcarum Imperium semper cresceret , & nobis auferret Ie-
rosolymorum Regnum , & alia insuper penē centumRegna : Item discordia La-
nuenium , & Venerorum , Florentiorum , & Pisaniorum , dederunt in manus
Turcarum Asiam, Græciā , Hadriancopolim , Dalmatiā , aliasque Prouincias .
Et discordia Imperatorum Constantinopolitanorum tradiderunt Gorhis , Italia ,
Hyspaniam , Galliam , & Africam , & fecerunt has prouincias p̄dām Go-
thorum , Arrianorum , Hunnorū , Erulorum , & Alanorum . Multas quoque
clades Christianismi legitimus ortas ex discordia Anglorum , & Gallorum , &
Hispanorum ; & omnes heres radicasse propter fauorem Principum laycorū ,
& scysmata , etiam nata ab ambitione Episcoporum , & Patriarcharum ,
rebellantium Ecclesie Romanæ sub umbra Principum . Scimus Arrianis fauisse
Constantium Imperatorem , & Zenonem , & Leōnem ; & atios , qui penē de-
leuerunt Ecclesiæ & Regna Catholicorum . Lutherus in fuore Ducis Saxonum ,
& aliorum Principum , tantam cladem fecit in Israel . Henricus 8. Rex Anglie , di-
uisit vnitatē sicut Ierooboam . Tandem legitimus semper nullum Patriarcham aut
Scysmaticum praefuisse , nisi in armis Principum : & Mahometum creuisse ,
quoniam Principes Christiani noluerunt cedire Papæ eorum capiti , qui ipso
vniebat in vnam Rempub: militarem contrà pestem mahometicam . Et quoties
Christiani conuenerunt , ut sub Urbano secundo , factos esse dominos Asie , oc-
cupasse Ierusalem . expulisse , & subiugasse Barbaros , depresso potentiā in ho-
stiu . & heresim extirpasse . Et nouissimè sub Pio V. cōcordes paucos ne strates ,
ingēre de classe Turcarū , longē nostrā excedere , victoriā reportasse , qui legit
historiā agnoscet . Igitur necessariū est inter Christianos cognoscere caput vrbū ,
Arbitrū cōtraversiarū sup Principes , qui potestatē super eos absolutam habeat
cogēdi eos ad bene viuedū & armādi omnes vna cōtra isideles , & inobedientes , &
sublimis eos , qui bonū publicum amant ; & defendendi eos , qui opprimuntus

potest

3 potentioribus. Et dum quispiā bellum gerit contrā hostes fidelis, sit tutus domini
in virtute Papæ, ne Regnum eius alius infestet Christianus, ob Zelum politi-
cum, sicut non defuere qui Caroli V. Regnum dum expeditiones parat con-
trā infideles, vexabant, & torquebat victoriam eius. Et dum Galli proceres in
terram Sanctam traiiciunt, à perfidis Græcis, inuidisque, scimus quantis, do-
lis perniciose excepte sunt, in cuius peccati pénitentia Turcis iam Græcia seruit.

Et profecto: Si vel nunc non prouidetur, ut renouato foederè inter Catho-
licos fiat Senatus vnu Romæ, in quo omnes Principes consulari pari voto, quæ
agenda sunt: & iuxta tale decretum alij facere cogantur, et se ab in vicem, &
à Turca turgentur, sicut dixi in Panegyrico ad Italos Principes; procul dubio in
manus hostium similiter tradentur Italia, & Hispania, quæ remanserunt in
Christianismo Catolico: & habent partem Gallia, & tota sere septentrionalia
Regna aduersum se, & Turcas ad latera Venetiarum, & Hydrunti. Vnde ne-
cessitas imminent Ecclesiæ fugiendi in Hispaniam, & inde in Americanam propter
discordias tot enatas ex eo, quod volunt agnoscere Principes nostri, unitatem
Imperij Messiae, sed quilibet excutit frumentum, sicut Onager in sui ruinam, &
totius Christianismi.

Idecircò enim Christus non dedit legem particularē sicut Moysi, sed vniuer-
salem de Amore Dei, & proximorum, relinquendo Ecclesiæ suę potestatem.
cōdēdi leges particulares, cōuenientes particularibus, & temporibus, & nationibus.

At etiam Typicè in Deuteron. 17. Iubet Deus, omnes causas graues appella-
re ad Sacerdotes illius loci particularis, quem Deus elegit: Sicut fuit olim Ieru-
salem, nunc verò Roma, & conquestus est contrā Populum Israel, quando
voluit diuidere Regnum à Sacerdotio, dicens Samuel: Non te abiecerunt, sed
me, ne regnem super eos, & miraculis de Cælo protestatus est. Nihilominus
condescendit eorum duritie, sicut condescendit Sacrificijs animalium vt Iere-
mias & Ezechiel testantur; Dans eis precepta non bona; expectans tempus con-
dendi novum testamentum, & faciendi vnicam modò hostiam, sic etiam vni-
cum Principem Sacerdotem, & Regem, sicuti promisit Davidi, & dixit ad
Offream. Dedi eis Regem in surore meo, auferam in indiguatione mea &c.
Sed sub Messia erit Sacerdos Rex Imperans omnibus vnu (dixit Ezechiel)
& David pascet eos &c. & Zach. erit domus David sicut domus Dei, pro-
pter Sacerdotium assumptum, vt in præcedentibus declarauimus.

Tandem id vtrumque D. Thom. 2.2. q. x. probat. omnia s. Concilia à
Papa dependere; nec posse nisi ab ipso congregari, nec valere nisi ab ipso fir-
mentur; & non posse appellari à Papa ad Concilium, sed à Concilio ad Papam.
Hoc probat Caietanus in Commento: Tùm quia Papa est à Deo dependens, non
a populo Christiano sicut Reges politici. Et iterum quoniam acta Concilii Con-
stantiensis, vbi declaratur Concilium supra Papam, & abrogata sunt à tota
Ecclesia. Item quoniam quid quid contra Eugen. 4. Papam Concil. Ba-
silense decreuit, quando & Papam Felicem creavit, defuncto etiam
Eugenio, irritum fuit, & omnes adhæserunt Nicolao electo à Cardina-
libus; non autem Felici, à Concilio. Item quoniam Concil. Pisanum
nihil potuit supra Iul. 2. & seipsum petita venia declarauit scismaticum
quatenus à Papa non dependere profitebatur. Extat etiam decretum in
eod. Concil Lateranensi sub Leone X. Quod Papa sit supra Concil. Item
D. Tom. pot. q. x. 4. ad 13. probat: Quod sine authoritate Pontificis
non potest Concilium congregari, nec decreta eius valere, nisi ab & confir-
mentur; & appellari à Papa ad Conciliū non posse: posse autem à Concilio ad
Papam. Et hoc probat iterum auctoritate Coneilij Calcedonesis, omnia ad
sententiā Agathonis, & Leonis Pontificū Romanorū decernentis. Idem probat.
S. Thō. in opusc. 20. lib. 3. cap. 17. & 18. & 19. qd. & cōciliū, & Imperator depēdet
à Papa omnino: & qd Imperiū laycū ordinatū est à Deo ad exequēdum manda-

Documentū opis
mum pro concordia
Principum, et
tantummodo alte-
rius ab altero; et
ab externis hostib;

probatio 24. ex ue-
teri testamenti

eum

36
Cum S. Pontificis ut merito dici possint (ait) Imperatores mandatorū Papæ exē-
cutores , & cooperatorēs Dei ad gubernandum populum Christianum &c.
& probat hoc de iure naturæ in cap. 19. quoniam corpus est ab anima . Ergo
secularia à spirituali ; & corpus à capite . Item de Iure Diuino, Quoniam Pe-
trœ dictum est ; Pasce oves meas : & non è contrā Itē de Iure Positivo, quoniam
Cōstātinus hoc agnoscens , & omnes Imperatores exceptis Cōstātio , & Iuliano
Apostatis usque ad Carolū M. deindē Papæ odēdierūt . Et simul ex auctoritate
quatuor Conciliorum magnorum . Item quia Stephanus , & Zaccarias autho-
rizerunt Pipinum pro Ecclesiæ defensione . Et Adrianus transtulit Imperium
ad Carolum magnum . Et Gregorius V. transtulit ad Germanos . Et omnes po-
ste Imperatores Germani (exceptis Apostatis) seruierunt Ecclesiæ ; & ipsa po-
suit Reges , & Imperatores , prout Ecclesiæ vtile fuit , & addit in cap. 18. tan-
tum durabit Imperium Principibus Alemanis , quantum Romana Ecclesiæ , quæ
supremum gradum in principatu tenet , Christi fidelibus expediens iudicauerit .
Et subdit posse mutare hoc Imperii tripli iure , Diuino , naturali , & positi-
vō in duobus casib⁹ , vel ad fidei totius bonum , vel ratione delictorum enormi⁹
iuxta Ieremiac prophetiam : Ut euellat gentes , & Regna , destruatq; propter de-
licita : adficit & plantet propter bonum fidei .

Responsio ad argumenta negantium supremā Iudicia- riam potestatem Apostolicam super omnes Principes à Christo institutam , & con- firmatio Veritatis .

Caput decimumtertium :

An et cur Christus
dixit Pilatum super
se habere potestatē .

AD Primum . Christum non agnouisse Pilatum tamquam
Iudicem competet ; & cū ait : Non haberes in me po-
testatem nisi tibi data fuisset desuper , intelligendum esse
permisso ut exponit Chrysostomus , & Cyrilus : vel Pilatū
et Iudicē fuisse , quod erat Cæsaris vicarius auctorizati à
Deo iure naturæ , sicut videtur velle D. Tho. Attamen nō
idcirco erat dominus super Christum , Qui , quoniā erat
Deus , & Messias , dominus erat Pilati . Sed error Pilati ,
quonā cognoscebat quis esset Christus , & putabat se Iu-
dicēti , & superiorem eti⁹ , de facto , non de iure , fecit illum Iudicem ; velu-
ti si quis Iude x procul à sede Regni , incideret in Regem , incognitum sibi , &
iudicaret eum tamquam latronem , aut Iude laicus iudicaret Clericum , nescies
quod est Clericus , de facto , non de iure . Sic Christus dimisit potestatem Pi-
lato faciendo quod vellit , in ignorantia sua : qm̄ cum interrogasset , quid est ve-
ritas ; non expectauit responsū . Nec Pilatus capax erat negoientanti , quamvis
Christus illud predicaset ei , nisi efficacissima gratia , & quasi per vim ipsum
rapuisset , & suam passionem impeditisset :

viii

Ad 2.

Ad secundum dico: Apostolum Paulum appellasse ad Cesarem deinde nona. **Cur Paulus** **Appellat** **de iure tamquam ad superiore.** Nam adhuc non erat B. Petrus **appellatus ad Cesarem**, ita ut posset publicum Iudicium facere, & Ecclesia erat in herba nona in aliis, nec in spica. Nec tamē peccauit Paulus appellando; sed vius est beneficio regali, quo omnis oppressus recurrere potest ad quemlibet potentem auxiliari in causa necessitatis: Idcirco ipsem ait. Coactus sum appellare ad Cesarem. Sicut hodie Christiani subditi Turcharum Regi, ad ipsum appellant. Quod tamē veruit Paulus 1. Corin. 6. vbi potest aliter fieri.

Sic soluuntur alia argumenta accepta ab illis Pontificibus, qui dederent auctoritatem Imperatoribus nominandi Papam: aut alia priuilegia; Quod propter necessitatem, & vt tollerentur scismata ita conueniebat. Nihilominus semper manet sus Regni Messiae suprà omnes mundi potestates. Et quamvis leges multas culerint Imperatores, & alij Principes super Clerum, hæc fecerunt per usurpationem potestatis, non per potestatem à Christo illis traditam. Pontifices enim se pè tollerant talia, quando fecerunt, absque Christianismi ruina, se posse nō vident. Sic, & Christus soluit tributum. Et profectò omnia tolerauerunt prater heresim, & scisma, hoc enim dissimulare impossibile est.

Quandò verò Solomon priuavit Abiathar Sacerdotio, fuit usuratio iudicij vt videtur Bellarmino. Vel potius adimpletio prophætie, & legis; quæ Sadocho, faciebat magis ad Iura Pontificatus: vt dixi in cap. 2. Sed videmus è centrâ, Regem Oziam depositum fuisse à summō Sacerdote; & similiter Athalam: quando Pontifex adhuc non habebat potestatem temporalem quam nunc habet, & Prophetæ Ahias, Helias, Heliseus, Samuel, vnixerunt Reges, & posuerunt, & deposuerunt, non modo in Iudaismo, qui erat pro Christianismo illius temporis: sed etiam in Damasco, qui erat gentilismus, & in alijs Regnij, vt essent in Typum Papaæ; qui potest etiam super gentilitatem, Velut Ostiensis recte sentit, et dicemus infrà. De Moyse autem superiori respondimus, quod erat Rex, & Sacerdos; & habetur in Psalm. 98. Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius, & exponitur in Concil. Hispal. 2. Et apud Pontific. Anic. & Leonem primū. Idē decet S. Bernard. libro suarum sententiarum dicens. Tres sunt, qui affluntur ad Sacerdotium, Moyses, Aaron, & Samuel, quod etiam dicit eisdem quasi verbis S. Chrysostom. Tom. 5. vbi laudat numerum Ternarium, in hom: cuius nunc nō memini. Tū vide, vt taceat Couarruias. Idem docuimus suprà ex officio: quia Moyses sacrificat, & ordinat Sacerdotes. Quod fieri non potest nisi à Sacerdote, vt patet apud Gratianum, Quia nemo dat, quod non habet. Alioquin frustra puoiretur Rex Ozias. Sed vt taceat adulator, sciat esse decretū in Concil. Hispal 2, per Pontifices firmato, quod Moyses & Aaron erant summi Sacerdotes; filii autem Aaron Præsbyteri.

Ad tertium nunc respondeo. Actionem Christi in soluendo tributo ne scandalizaretur mundus: putans Euangeliū fundari in licentia, & inobedientia, vt Galilæi hæreticis placebat (cum non intelligerent adhuc gentes exemptionem clericalem, & sus diuinum, & naturale, & clericatum Christianum) fuisse instructionem, vt cedamus laico, & omnibus, bona hæc temporalia, ne oriatur scandulum in Euangilio. Sed tamē declarauit: quod liberi sunt filii, quoniā Clerici sunt quasi filii Dei: laici quasi serui. Aut quia sunt de familiis Christi Principis uniuersalis; & idē exempti, vt docet Hieronym. Super Math. 17. & Augustin: Euan. q. 37. Hæc eadem verba exponens Sotus lib. 4. de Iust. & iur. q. 8. art. 2. dicit. Exemptionem Clericorum esse de iure diuino.

Iste census est tributum, quod soluitur iuxta estimationem bonorum temporalium, vt habetur l. firma ff. de censib. Postea verò sic dictum est, quod soluitur viri in signum subiectionis, de qua reprehensus est David ait Sotus lib. 6. q. 3. ar. 1. & Ioseph. in 7. de Bello Iudaico dixit fuisse Dam Tributum dimid. sicli, quod in Exod. 30. iubetur Hæbreis: quodq; sibi Romani Principes deinde usurparunt. Ergo solum Hæbrei tenebantur istud soluere. Ergo quando dixit

*Ad interpositas
objectiones. Respo-
Principes defendo,
nō de Isme aliquando
Clericis præterit.
uel de cōsenſu San-
cerdotum.*

*Cur Salomon La-
cus priuas Abi-
tar Sacerdotem.*

*Retorquetur argu-
mentum.
Sacerdoties, &
prophetæ deposi-
erant Regem ali-
quando, & posuerū-
los, non modo in
Iudea, sed etiam in
Gentilismo, in Typū
potestatis Papatis,*

*Moyses, Sacerdos
contra Contra*

dixit Christus; Liberi sunt filii; nō intelligit H̄breos, vt exponit Pfeud Theologus, sed Clericos. Nā, Vel soli H̄brei tenebantur: tātum abest vt ipsi existantur. Ergo Christus soluit non de iure, sed de facto; vt qui nunc sunt Clerici in Imperio Turcarum, solunt tributum, licet sint liberi; & itā protestentur, vt Christus. Sed Nationis cuiusq; Sacerdotes proprij, liberi sunt iure nature.

Cur pro se, et pro Petro.

Hoc etiam valde notandum, quod Christus soluit pro se, & pro Petro; non autem pro coegeris Apostolis; quoniam solus Petrus representat Christum cum omni potestate debita Messia: & suffereret eadem cum Christo ad ædificationem Christianismi, vt Patres hic adnotarunt.

Rerum queritur argumentum.

*Decimam accep-
tio, est ius dominū
non sola merces.*

Et. Sot.

Confutatio.

*Communctor ad
uersarios.*

*An, et quomodo
Petrus subiicit
Clericos.*

*Et. Ad Autorita-
tem Apost. Rom.
§3.*

At contrā omnes Laici tenentur soluere decimas Clero, ergo omnes subiecti sunt iure Diuino. Sed obuiat Sotus dicens, hoc esse ius stipendij, & non dominij, iuxta illud: Dignus est mercennarius cibo suo. Contra quem ego idēm dicā de tributis, quoniam donantur vt merces, ad sustentationem Principis, & militum defensorum: Reip. et ad strata viarum reficienda, & pontes, & muros: sicut etiam ipse docet lib. 6. q. 5. Et D. Thom. ad Rom. 13. lect. 2. docet, quod Principes suscipiunt tributum quasi stipendium sui ministerij: sicut qui pascit grāgem, et de lacte eius edit. Nec tamen propterea sequitur non esse dominum illum cui soluitur tributum. Sed (insuper addo) Ius dominij, certius; & maius fundant decimam, vt dicunt Canones, quod Deus sibi reseruauit decimas omnium rerum, in signum vniuersalis dominij. Et hoc sēpē habes in Moyse, & in Extrauagant. Vnam Sanctam. Sed vt faciamus obmutescere aduersantes Clero, prodeat Apostolus Paulus; qui ad H̄breos demonstrat: Melchisedech fuisse maioris auctoritatis, quam Aaron, quoniam Aaron in lumbis Abrahā soluit decimas Melchisedechi. Ergo nō est merces fossoris decima, sed veri domini à Deo autorizati, & vera potestatis, vt ait Paulus: Non quia non habuerimus potestatem &c. Vocatur autem merces, quatenus Dominium christianum est labor, & opus, vt diximus in prioribus capitulis &c.

Ad Quartum Respondemus, quod. S. Petrus docens, vt simus subiecti omni humanae crātūræ, sine Regi, sine ducibus. & c. Non ponit clericis subjectionē, sed commendat humilitatem; alioquin oporteret etiam subditum esse cui libet cloacario de iure, cum dicat, Omni crātūræ. Item hoc intelligi de facto, & non de iure, quando adhuc Ecclesia non erat auctorizata, nec debebat Principi ira irritari contrā nascentem euangelicam fidem, sed dare etiam pallium-potentii tunicam, vt Christus adiutoriuit.

Idem dicendum est, quando Paulus iubet solui tributa Principibus, & omnē animam subditam esse sublimioribus potestatibus: licet addat; Qui potestati resistit, sibi damnationem acquirit.

Sed ex his auctoritatibus aliud non elicetur, nisi quod quilibet suo sit subditus Superiori; alioquin Etrisci deberent obedire Regi Hispanorum; cum sit sublimior potestas Regia, quam Ducis Etruriae. Et quoniam Clerici non sunt subditi laico Principi: ergo per Apostoli verba, neque ad tributum, neque ad subjectionem secularibus adiunguntur.

Itā etiam Interpretandus est Chrysostomus, qui dicit: Nullum Prophetam, aut Euāgelistam eximi ab obedientia superioris potestatis, hoc est, legitimè, ac propriè. Quandoquidem ipse Chrysostomus nunquam obediuit Principibus laicis; & mortuus est in exilio, potius quam Imperatori, & Imperatrici moiem gereret. Nec ad Synodum voluit inimicorum venire Episcoporum, vocatus ab Imperatore, cernens esse contrā ius, supponere se iudicio manifestorum inimicorum, sponte venditorum laicæ voluntati. At si vis fiat in verbis Apostoli, Omnis anima sublimioribus potestatibus &c. Sequitur contrā eos, Quod cum non sit in mundo potestas sublimior Papali, oportet omnes ei subiectos esse Principes, & vassallos eorū: simulq; tributum debere. Et hoc rectè sequitur, & omnino, cum etiam supponimus Euangelistas, & Prophetas cum Chrysostomo. Præterea Chrysostomus in Babilam, rectè probat, Dominum mundi plus ad Sacerdotes, quam

quam ad Imperatores pertinere: & non solum Episcopos, sed monachos melius esse Regibus vbique offendit iure naturæ, & diuino; quod etiam S. Martinus in mensa maximi Imperatoris declarauit.

Ad D. Thomam dicimus. quod quamvis ipse dicat exemptionem Clericorum esse de iure humano; non tamen negat quin etiam sit de iure naturæ, & diuino, vt appareat ex historijs Christianis, & Hæbraicis, Gentilibus, & ex alijs libris eiusdem D. Thomæ: præsertim de Regino Principum; Quin non modo existunt tributis Sacerdotes in lege Rom. & Aegyptiorum, & Iudeorum, & Iaponensium, & Americanorum, & Medianitarum, & Arabum, & Aethiopum, sed etiam aluntur publico stipendio, & decimis. Et Joseph subiecit Pharaoni omnem terram Aegypti, præter Sacerdotalem. Et has Historias adducit S. Tho. in coquimento eiusdem contextus Rom. 13. probando esse de iure naturæ exemptionem Clericorum; & Principes seculares hoc illis dedisse propter æquitatem (inquit) naturalem, & diuinam; non ex propria tantum lege positivâ. Legatur D. Thomas ibi ad cap. 13. lect. 2. Ergo stat firmamentum in naturâ iure, & Diuino. Quis enim subiicit spiritualia temporalibus, & animam corpori, & Deos hominibus? Plato, & Arist. idem testantur, & omnes. &c. Præterea ipsem D. Thomam. in opusc. 20. de Regino. Princ. cap. 18. 19. & 20. probat Papam habere potestatē in temporalibus, & spiritualibus sup omnes Reges terra de iure naturali; quo corpori imperat anima; & de iure Diuino, quod dicitur Petro, Pasce oves meas; & de iure positivo, vt patet in praxi ex tempore Constantini, usque ad nos; quoniam semper Papa posuit, & depositus Reges, dedit titulos, & absulit; idem docet: 2. dist. vlt. in ultimis verbis; item 4. sententiarii dist. . . . huic doctrinæ conformiter, quod notauimus contra negantes opusc. 20. esse D. Thomæ, idemque eius discipulus B. Augustin. Ancon. docet lib. de potestate Papæ, & Egidius Columna cōdiscipulus: cui adscribunt opusc. 20. S. Thomæ.

Ad autoritatem
S. Thomæ.

Ad Quintum; Cum dicunt, Christum noluisse iudicare de Temporalibus, sed rogatum ut diuidet inter fratres hereditatem, dixisse. Quis me constituit, noluit iudicare, iudicem super vos? Ex quo inferundon non missum esse à Patre ad iudicandum, secularia, sed folum ad prædicandum spiritualia, & forte iudicandum. Ego respondeo, quod Christus adhuc non capessuerat dominium illud temporale, qd acquisiuit iure redēptionis per mortem. Vnde non erat antiquata lex Moysi, Christus est uero nec promulgata Christiana, nec auctorizata usq; ad illud punctum, cum dixit, Index omnium in Consumatum est: sicut exponunt omnes Theologi. Ergo cum per legem iudicandum esset, recusat iudicium veteris legis, non autem noue; sed in subito suis. subiunxit Consilium Euangelicum iuueni requirenti iudicium legale, dicens: Non confidere felicitatem in possessione multæ substantie; & ostendit quam alienum erat iudicium Christi ab eo, quod iuuenis ille requirebat. Nam Christus venerat non diuidere substantias fortunæ, sed facere omnia communia, sicut apparet in sua Reip. constituta in communitate simili Socratis, teste S. Clemēte, & Philone, & S. Luca. Diuisio autem facta est inter Christianos, condescendendo imperficiis: sed remansit Communitas in Clero, & monachis, & perfectionem proficiens fratribus.

Præterea quando quidam alias dixit ad Iesum: Magister bone. &c. Respondit, Iesus: Nemo bonus nisi solus Deus, quid me vocas bone. &c. Itaque posset et quispiam negare quod Christus fit bonus, aut quod sit Deus propter hæc verba, vt facit Machometus; hec ipsa allegando: absit. Sic, & ego inquit, quod eadem ratione respondit Christus, alteri interroganti: Quis me constituit iudicem. Quasi dicere vellet quod prius deberet agnoscere, quod ipse esset Mes- Christus Index pri- fias; nam tunc statim manifestum erat ex scripturis, & expectationibus, quod ratiō ipse esset Deus, & homo, & Rex, & index viuorum, & mortuorum, huic interroganti: Illi vero alteri, quod bonus absolue, & simplicitè. Et vt tales cognoverunt ipsum Apolloli; & ideo vocant eum absque reprehensione iudice

Conformatio Ref.
rētoriquetur argu-
mentum.

2. ratio:

Isaia

Hicrem. 24.

3. ex *Isaia*

4. Ex *Isaia*

5. Ex *Isaia*

6. Ex *David*

R. ad obiect.

7. Ex *Fuang.*

*Retorquetur Ar-
gumentum*

8. Ex *David.*

Arg. retorquetur,

9. ex *Apost.*

1. Cor. 6.

*R. Vera ad Ar-
gum. Principale.*

*Cōtra eos, qui ap-
punt Apostolorum
auctoritatem . esse
super pec-*

reliorum, & mortuorum. Deinde iudicat quidem viuorum nunc per Vicarios, mortuos verò per se in iudicio vniuersali. Hoc autem notum erat in Prophetis,

vbi scriptum legebant: Vocabitur Deus fortis, Princeps pacis &c. Et faciet iudicium, & iusticiam in terra. &c. Quod iudicium post mortem obtinuit, quā-

do etiam dixit: Data est mihi omnis potestas in Celo, & in terra, & dixit Po- tro: Pascere oves meas. & Isaia 33. Stabit in excelso, & implebit Syon iudicie, & Iustitia &c. Roma. interpretatur excelsum Hebreicē: ut videt omnia à spi-

ritu sancto quibꝫ pax̄o prædicta. Et In 16. postquam dixit. Emette agnum Domine, Dominatorem Terræ &c. Sequitur. Preparabitur in misericordia sa-

luum; & sedebit super illud in veritate; & intabernaculo David, Iudicass, & reddens velociter quod fuitum est &c.

Et alibi: Omnem linguam contradicentem eibim iudicio iudicabis. hęc est ihereditas seruorum Domini &c.

Et alibi: Iudicabunt sanctæ nationes, & dominabuntur populis. &c. Hoc do-

mīnum non est post uniuersale iudicium, quoniam tunc solus Deus erit omnia in omniis; & ipse filius subiectus patr̄ ei, qui subjecit sibi omnia, dixit Apost.

Cor. 15. sed intelligitur in Regno Messie, ut dictum est: quoniam, & iudicium finale subiitō fuit &c.

Et licet dixerit Iesus. Non venit filius hominis vt iudices impudū, vt sed salve-

tur mundus per ipsum: tamen dixit quoq; Pater omne iudicium dedit filio. Et non intelligitur de ultimo tantum iudicio in fine seculi, sed de morti, & sem-

per. Quoniam in tabernaculo David Propheticō ponitur, (fideles in Ecclesia) ve-

dominator, Iudex, in qua: Quis tradidit animā suam, videbit semet longitutu-

super terram; vei dixit Isaia: & David ait: Iudicabit pauperes Populi, & sal-

uos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. &c. ex vñbris, &

iniquitate redimet animas eōrum. Hoc in psalm. 71. Qui incipit. Deus iudi-

cium tuum Regidū. &c. ut de iudicio etiam temporalis intelligas.

At si adhuc verba illa, Non est iudicet mundum, in item adducuntur: tunc opus esset etiam tollere tribunal Ecclesiasticum, ne dum temporale Epis-

copis. Quod tamen Apostoli resisterunt tamquam à Christo institutum, dicere Paulo ad Tim. Accusationem Presbyteri non accipias nisi in duobus autho-

ribus testibus. &c. scd vt etiam videoas, quod causas quoq; temporales iudicet

Apostolicus Iudex, dicit ad Corint. Secularia iudicia si habetis; illos constituite

ad iudicandum &c. Deinde admonet eos, vt faciant iudicem, qui sit sapientissi-

mus in Ecclesia, & demonstrat, quod iudicia secularia pertinent ad iudicem Ecclesiasticum, & longe magis. An nescitis quod Angeles iudicabimus; quanto magis haec secularia? &c. Quid clarūs?

Ergo non venit filius Dei, vt iudicet mundum, hoc est, vt faciat iudicium finale, ad quod venturus est in fine seculorum, sed temporale, quod dirigit homines ad bene viuendum, ipse bcsd instituit in Ecclesia, & substituit iudicium iniustum, & temerarium: Nolite iudicare; & non iudicabimini, sed postea ad-

dit: Quod iustum est iudicate. Nescio ergo quid insiniant Theologantes nostri in littera sine spiritu, & sine littera.

Ex his rationibus, & testimonjs diuinis, palam est audax stultitia Pseudo Theologi, afferentis potestatem apostolicam non extendi nisi super peccata soluendi, & ligandi, &c. Quoniam si peccauerit in te frater tuus &c. Et quia Christus dicens: Data est mihi omnis potestas, Statim insufflavit, & dixit: Ac-
cipe spiritum sanctum; & quorum remiseritis peccata. &c. Et sic dedit illam Petru: & ceteris.

Ad quod Respondeo. hanc esse dissimulatam ignorantiam; quoniam si ipse voluisset bene legere auctoritatem, quam Prophetæ tribuerunt Messie, & Regno eius, inuenisset eam spiritualem, & temporalem, & vniuersalem, vt patet ex dictis, sed proculdubio potestas remitendi peccata est omnium maxima: ac-

atq; includit alias omnes ; sed explantata est Petri auctoritas super omnes Repetitio dicitur. Apostolus in superioribus Capitulis , & quomodo Christus dedit illi non sibi proprium , & fecit ipsum fundamentum . Et quodcumq; ligaturis . &c. Et postea seorsum : Pasce oves meas , quoniam diligis plus his . Ergo ipsi qui non tantum diligunt non tantam jurisdictionem pascendi accipiunt &c. Et quod ad pascendum requiritur doctrina , sed non modo Phylosophorum more , sed doctrina auctorizata more legislatorum ; & ad legem requiritur directiva , & ceteritua , potestas ergo &c.

Deinde dico , quod si homines non peccarent , sufficeret pars directiva , vt z. Resp. 1) ait S. Gregor. Papa . Quod si Episcopi non errarent , ipse non exerceret super eos autoritatem . Sed quoniam in omni negocio humano accidit peccatum , super omnia extenditur potestas Apostolica . Quando tamen vis etiam illam limitare per glossam hanc , Super peccatum . &c. vera Deminatio est leges dare , & facere homines probos praeceptis sanctis ; sed postea contra transgressores necessarium est flagellum ut contra bestias . Et quidem si totam naturam confideres ; voluptate , & dolore adiungunt omnia ad finem suum . Sic edimus propter famem , & delectationem : sic utimur venere , : sic elementa congregantur ad facienda secundaria , ergo qui negat in Ecclesia temporalem potestatem ; detruncat auctoritatem naturae .

In principio Ecclesia iudicabatur aliquando palam depeccatis , & fiebat de aliquibus confessio publica , teste Nicephoro ; sed in Ecclesia Romana confessio generaliter adhuc durat publica , particularis vero secreta , & hoc quidem Socrates , sapientissimus Philosopherum desiderabat in sua Rep. vt videlicet quicumq; peccaret , non expectatis testibus , & accusatoribus cogentibus , sponte ad Iudicem iret , & confiteretur delictum , & daret penam , & non per vim sicut Bruta , teste Platone in Gorgia . Sed deinde crudelitas peccatorum traxit Christianos ad confessionem secretam . In secreto tribunali : unde videtur potestas Sacerdotalis immunita istis Theologis venundatis : cum tamen Apostoli publice peccanibus , iubeat penam publicam ; secretam . Ergo eadem potestas extenditur ad utrumq; & insuper ad absoluendum . Et haec est suprema potestas Apostolica .

Item Principes laici puniunt ad vindictam : Ecclesia vero ad medelam , vt Socrates , & Plato volebant ; quoniam peccata facta , non possunt infesta fieri ; sed vt peccator , & alij exemplo eius non peccent , exigunt publica pena .

Præterea Principes laici non possunt homines à peccato absoluere , nec declarare absolutos coram Deo . Hanc auctoritatem habent Sacerdotes , quæ diuina est res ; unde patet esse eos mediatores inter Deum , & homines . Ergo præcedere omnes . Nec quia hoc habent , vt propriissimum , excluduntur à reliquis iudicijs laicis , sicuti neque quia Rex tractat consilia Regni maxima , caret potestate Iudicium minorum , qui tractant minima , sed præcedit , & prahabet , & includit ; & vt dicit Ambros . Nulla potestas temporalis potest illi comparari ; & Basiliis Imperator in 8. Concil . Nos , ait , non possumus aquari Sacerdoti : sicut nec Ouis Pastori unquam . Idem confessus est Constantinus , & Carolus Magnus . Ergo cum sit Sacerdos iudex super peccata , & super occultâ , occulte , & super manifesta manifeste , vt ceteri timorem habent , sicut dixit Apost. Imo , & usus est copia incestuosum Corinthium . Ex quo etiam est iudex peccati , & mediator inter Deum , & hominem ; sequitur , quod potestas eius supereminat omnibus ; & quod quando errat Imperator , vel alius Princeps , possit reprehendere eum in publico , aut in secreto , iuxta cōditionē peccati , sicut fecit Ambrosius , & Chrysost. ac P̄tifices plurimi . Imo , & Ber. Abbas in Comitē Tholosanū . Ac quādo Principes faciunt alios quoq;

*Nota ex phyloso-
phia.*

*In lege natura re-
ste Iustino martires*

*Id dicit Bern
lib. de Confid*

peccare

peccare , & populos Dei vexant facinoribus enormibus , & Tyraniis , potest eos castigare sicut Pastor oves , & correctione prius , atque gladio deinde ; ut Pontifices Romani sepe fecerunt ; alioquin oves non essent sub Pastore . Ut autem posset hoc facere summus Sacerdos ; necesse erat illi habere potestatem vniuersalem absolutam in Spiritualibus , & temporalibus ; cum Christus sit sufficiens legislator . Ergo quando dixit : Quodcumque solueris , & ligaueris super terram , erit . &c . & Pasce oves &c . omnem potestatem contulit Petro , quae requirebatur ad regimen vniuersitatis , & condendi leges , & abrogandi , & ponendi , & depontandi Principes , ut docet S. Thomas . Et quidem hoc necessarium est ad adificationem corporis Christi ; sicut de Mellia pradixerat Hieremias : Ut euellas , & destruas , & edifices , & plantes . Et prophetatum est de potestate Apostolica vniuersitatis , & vniuersalitatis ipsam Christus protulit . Quodcumque solueris , &c . & Pasce . &c . Nihilominus Theologi nostri addunt tot glossas , quibus incaute prebent ansam ad diminuendum , & particularizandum eam , & dividendum vnitatem Ecclesie , & prebendam licentiam cuilibet faciendi ut libet ; & facultatem infidelibus destruendi penitus populum Dei , pareat Deus tantę stultitiae , & impietati .

Papa omnia potest quomodo uerè glosatur ab Apostolo .
2. Cor. x. " "
2. Cor. xii. " "
 Vera igitur glossa nō est illa , Directe , & Indirecte ; neque Ly super peccatum nequè Ly Spiritualiter , & temporaliter : nec pastoraliter , & non Monarchice ; sed quā attulit Apostolus Paulus sic : Omnia possumus ad adificationem , nihil possumus ad destructionem : Et omnia possumus pro veritate : nihil possumus econtra veritatem . &c . Et hæc glossa non minuit , nec limitat , sed nobilitat , & Evangelicat Apostolus Simeon , quando in spiritu dicit : Si recte inspicias ,



Duplicem glossam Apostoli illorum Verborum, Papa
Omnia potest, veracissimam esse, ac omnibus
præferendam.

APPENDIX.

BIECI T mihi quidam erroris notam, propterea quod
secerim Papam Dominum in temporalibus, ac spirituali-
bus, directe. Respondeo hoc verum esse; & contrarium
afferere in spiritualibus, est hæresis; in temporalibus ve-
rò error in Pyhlosophia, qui facile parit errorem in Theo-
logica politia. Nā idem quod ego, scripsit D. Thom. in 4.
sent. dist. 20. art. 2. q. 3. Vz. Papa habet plenitudinem
potestatis in spiritualibus, & temporalibus: à quo omnis
alia potestas dependet. Et ideo (ait) est Rex, & Sacer-
dos. Item in 2. sent. d. 43. in q. vltimò addita expositioni texus ait S. Thom.
quod magis obedientium est in spiritualibus Prælato, & in Civilibus Principi;
nisi forte potestati spirituali, etiam secularis potestas coniungatur, sicut in Pa-
pa, qui vtriusq; potestatis apicem habet, scilicet spiritualis, & secularis; hoc
disponente, qui est Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Rex
Regum, & dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regnum
non corrumpetur in secula seculorum. Amen. Idem docet in opusc. 20. lib.
3. cap. 10. 18. 19. et probat, quod non solum in spiritualibus, vt quidam
volet; duplice ex ratione; Primò quia sicut corpus ab anima, ita Principes la-
ici à Papa, qui regit animas dependere debent. 2.º ex. vsu. Nam Constantinus
non dedit sed cessit Imperium Sylvestro Papa: Et Papa fecit Carolum magnū
Imperatorem, eiusq; successores in Occidente. Probat etiam quod Imperatores
Græci antequam Scismatici essent, omnes obediebant Papæ.

Item cap. 14. ibidem probat, quod quilibet Rex Christianus tenetur subiçti
Papæ, sicut Christo, cui data est omnis potestas in Cœlo, & in terra. Et in cap.
19. Triplici iure probat; Dominum istud Papæ super omnes Reges, Vz. Diuino,
Naturali, & Positiuo, vt probat vsus: hæc D. Thomas.

Quapropter Ego in Thomistarum choro, nō potui assentire dicentibus, quod
indirecte Papa habet potestatem super laicos Reges, etiam in temporalibus:
sed dixi, Secundariò in temporalibus; in spiritualibus vero principaliter, vt vi-
detur docere Bernard. primo de Consid. ad Eugen. & D. Thom. Nam ait, quod
Si anima dominatur corpori naturaliter, & corpus est proper animam, & bo-
na temporalia propter corpus: Papa, qui dominatur spiritualibus, & animis
per Religionē principaliter, multò magis corporibus, & externis bonis subor-
dinatis directe. Hac cōsequētia vtitur Papa in Decret. deponens Imperatorem,
& accipit ab Apost. 1. Corint. 6. An nescitis (dicete) qd' Angelos iudicabimus?
quanto magis secularia? Et quidem in illo textu constituit Iu-
dices in Ecclesia. Porrò si bona temporalia non subiçerentur corpori,
& corpus animæ, Papa non haberet Dominium directum sicut nee

Cælum

peccare , & populos Dei vexant facinoribus enormibus , & Tyrannide , potest eos
 castigare sicut Pastor oves , & correctione prius , atque gladio deinde ; vt Pontifices
 Romani sepe fecerunt ; alioquin oves non essent sub Pastore . Ut autem
 posset hoc facere summus Sacerdos ; necesse erat illi habere potestatem vniuersalem
 absolutam in Spiritualibus , & temporalibus ; cum Christus sit sufficiens le-
 gislator . Ergo quando dixit : Quodcumque solueris , & ligaueris super terram ,
 erit . &c. & Pasce oves &c. omnem potestatem contulit Petro , quae requireba-
 tur ad regimen vniuersi , & condendi leges , & abrogandi , & ponendi , & de-
 ponendi Principes , vt docet S. Thomas . Et quidem hoc necessarium est ad edi-
 ficationem corporis Christi ; sicut de Messia prædicterat Hieremias : Ut euellas ,
 & destruas , ædifices , & plantes . Et prophetatum est de potestate Apostolica
 vniuersaliter , & vniuersaliter ipsam Christus protulit . Quodcumque solueris ,
 &c. & Pasce . &c. Nihilominus Theologi nostri addunt tot glossas , quibus incaute
 probent ansam ad diminuendum , & particularizandum eam , & diuidendum
 vnitatem Ecclesie , & prebendam licentiam cuiilibet faciendi ut libet ; & facul-
 tatem infidelibus destruendi penitus populum Dei , parcat Deus tantæ stultitiae ,
 & impietati .

Papa omnia potest
quomodo uerè glos
satur ab Apostolo.

Vera igitur glossa nō est illa , Directe , & Indirecte ; neque Ly super peccatum
 nequè Ly Spiritualiter , & temporaliter : nec pastoraliter , & non Monarchice ; sed
 quā attulit Apostolus Paulus sic : Omnia possumus ad edificationem ,
 nihil possumus ad destructionem : Et omnia possu-
 mus pro veritate : nihil possumus con-
 traria veritatem . &c. Et hæc
 glossa non minuit ,

2. Cor. x.
 2. Cor. viii.

sed nobilitat , &c. Evangelicus Apostolus
licet potestatem , si recte
impicias;



Duplicem glossam Apostoli illorum Verborum, Papa
Omnia potest, veracissimam esse, ac omnibus
præferendam.

APPENDIX.

BIECIT mihi quidam erroris notam, propter quod
secerim Papam Dominum in temporalibus, ac spirituali-
bus, directe. Respondeo hoc verum esse; & contrarium
asserere in spiritualibus, est heresis; in temporalibus vero
error in Pythosophia, qui facile parit errorem in Theo-
logica politia. Nam idem quod ego, scripsit D. Thom. in 4.
sent. dist. 20. art. 2. q. 3. Vz. Papa habet plenitudinem
potestatis in spiritualibus, & temporalibus: à quo omnis
alia potestas dependet. Et ideo (ait) est Rex, & Sacer-
dos. Item in 2. sent. d. 43. in q. vltimò addita expositioni texus ait S. Thom.
quod magis obediendum est in spiritualibus Prælato, & in Civilibus Principi;
nisi forte potestati spirituali, etiam sacerdotali potestas coniungatur, sicut in Pa-
pa, qui vtriusq; potestatis apicem habet, scilicet spiritualis, & sacerdotalis; hoc
disponente, qui est Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Rex
Regum, & dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regnum
non corrumpetur in saecula saeculorum. Amen. Idem doctet in opusc. 20. lib.
3. cap. 10. 18. 19. et probat, quod non solum in spiritualibus, vti quidam
volebat; dupli ex ratione; Primo quia sicut corpus ab anima, ita Principes la-
ici à Papa, qui regit animas dependere debent. 2.º ex vsu. Nam Constantinus
non dedit sed cessit Imperium Sylvestro Papa: Et Papa fecit Carolum magnū
Imperatorem, eiusq; successores in Occidente. Probat etiam quod Imperatores
Greci antequam Scismatici essent, omnes obediabant Papa.

Item cap. 14. ibidem probat, quod quilibet Rex Christianus tenetur subiecti
Papa, sicuti Christo, cui data est omnis potestas in Cœlo, & in terra. Et in cap.
29. Triplici iure probat; Dominium istud Papæ super omnes Reges, Vz. Diuino,
Naturali, & Positivo, vti probat vsus: hæc D. Thomas.

Quapropter Ego in Thomistarum choro, nō potui assentire dicentibus, quod
indirecte Papa habet potestatem super laicos Reges, etiam in temporalibus: "
sed dixi, Secundariò in temporalibus, in spiritualibus vero principaliter, vt vi-
deatur docere Bernard. primo de Consideratione Eugen. & D. Thom. Nam ait, quod
Si anima dominatur corpori naturaliter, & corpus est proper animam, & bo-
na temporalia propter corpus: Papa, qui dominatur spiritualibus, & animis
per Religionem principaliter, multò magis corporibus, & externis bonis subor-
dinatis directe. Hac cōsequētia vtitur Papa in Decret. deponens Imperatorem,
& accipit ab Apost. 1. Corint. 6. An nescieatis (dicete) quod Angelos iudicabimus?
quanto magis secularia? Et quidem in illo textu constituit Iu-
dices in Ecclesia. Porro si bona temporalia non subiicerentur corpori,
& corpus anima, Papa non haberet Dominium directum sicut nec

Celusa

Celum habet directum in humanam mentem , propterea quod habet in corpus ab eo gubernatum; sed indirectum : non enim mens corpori subordinatur . Similiter seruus habet ius indirecte in dominum suum , quatenus scilicet petendi alimenta , & dierum festorum vocationem . Et Rex Hispaniarum habet dominium indirectum super Cardinalem Granuelam Proregem Neapolitanum ; quatenus est Rex Neapolitanorum ; idemque dicimus de alijs Principibus , opera Praetatorum in temporali regimine ut volentium . Quapropter licet bene forsitan intelligat Bellarmin : non tamen loquitur bene ad mentem D. Thomae , nec ex vocabulorum congruenti significatione . Idem D. Thomas 3. cont. Gent. cap. 84. usque ad 89. docet , quod Cœlum agit in corpus per se ; in potentias organicas per accidens ; quia informat corpus , in intellectum vero indirecte , quoniam nullius corporis est actus , ut dicit etiam Aristotiles . Si Ergo in doctrina Thomistica dicere , quod Papa indirecte dominatur laicis in temporalibus , & solum directe in spiritualibus , facere illum dominum , non per se , nec per accidens , sed longe minus ; Sicut Cœlum super intellectum , in quem nihil potest , nisi quatenus ministrat vitam corpori , in quo corpus Cœlum potest : & sic Principes laici possent ex hoc dici Papa meliores , sicut intellectus Cœlo melior est . Et quonia audiuimus Sixtum V. Pontificem Maximum , habuisse in animo prohibere libros auctoris satis noti , extenuantes per ly Indirecte potestiam Papæ , maxime cum viderimus quendam Theologum , Venetus ad scismata sollicitantem contraria Papulum V. ad quem misi hunc librum contra illum , abuentem auctoritate Bellarmanni contra Papam : Ego volui inhærees S. Thomæ dicenti : Secundariò . Et Apostolo 2. Cor. 10. & 13. dicenti , Se habere omnem potestatem ad ædificationem , non ad destructionem . Et iterum omnia possumus pro veritate : nihil contra veritatem . (Itaque sunt glossæ veræ apostolicae)

Et propterea probauit fortissimis rationibus ex veteri , & novo Testamento , hanc potestatem vniuersalem cum D. Tom. ex illo textu . Data est mihi omnis potestas &c. Matth. 28. Ergo Regia , & Sacerdotalis , quia secundum ordinem Melchisedechi qui fuit Rex . & Sacerdos . Psalm. 109.

Item Paternalis , quia pater futuri seculi . Isai. 9.

Item Oeconomica : quia constituit illum Dominus super familiam suam . Matth. 24.

Item marialis , quia sponsus Ecclesiæ Ioan. 3.

Item cum utroque gladio , altero ex femore iuxta Psalm. 44. quod est Epithalamium ad sponsum Ecclesiæ . Accingere gladio tuo super femur tuum potenterissime . Altero ex ore . in Apocalyps: primo . Ex ore eius pendebat gladius ex utraque parte acutus . Et iterum habebat scriptum in femore (gladiis scilicet materialis) Rex Regum , & Dominus Dominantium . Sic Rogerius Rex in capitulo ensis ad femur scriptum gerebat . Appulus , et Calaber , Siculus mihi seruit , & Afer . & probatus , quod has potestates omnes habuit à Christo , ut sit sufficiens , & non diminutus heres , & Princeps mundi , sicuti docet Bernard . & Canonizatur haec doctrina per Bonifac. 8. in extraug. vnam Sanctam , ita ut contraria , quam defendit Censor , sapiat heresim ; & hunc esse sensum Ecclesiæ Sanctæ , & D. Thomæ , quem ego teneo , demonstrat Augustinus Anconitanus , qui discipulus S. Thomæ Parisiensis fuit .

vna cum Aegydio

Cardinali

Similiter Augustiniano , in libris de Potestate Papæ per tocom : ne dum ipse D.

Thom. in 2. & in 4. sententiarum .



Omnia

Omnia Regna mundi, Spiritualia, ac temporalia, instituta esse à Christo Deo: Et post incarnationem, Pontificiam potestatem Apostolicam superpositam super omnia Regna mundi, non ut illa auferret, & tolleret, sed uniret, & corrigeret, & reformaret, & quatenus opus esset, ad ædificationem Christianismi poneret, & deponeret: Et omnes potestates dependere ab illa, non à Repub. principaliter: Et de communitate Reip. Christianæ etiam in temporalibus: Et Regibus præstare dependentiam sui, & populorum à summo Sacerdote in controvèrsiis nascentibus inter populos, ac Reges, & inter Reges, & Reges; quam à Rep. vel parlamento Iudiciū expectare, aut à quocumque alio tribunal: ut praxis demonstrat.

Caput Decimumquartum:

DICEBANT idem Theologi, auctoritatem Principium non dependere à Deo immediate, sicut Papalis iure diuino; sed mediante iure naturali, dato Reip. ad scriptam confirmandam. Ergo dependere immediatè à Rep. que potestatem habet regendi se; quam confert Principi per electionem, deinde largitur eam posteris per successionem, prout à principio placuit cuilibet Nationi. Sed neque non posse, Remp. auferre Principiis collatam potestatem, nisi iustum bellum, aliena Regna occupare; sed nullatenus dependere à Papa, sed solum ubi deviant à Celesti tramite, posse à Papa corrigi, nec ab eis ad Papam appellari posse. Quin Conarruias afferit, Papam in temporalibus à Rege dependere, siveq; etiam in spiritualibus, sicut Aaron à moysi: siveq; Sacerdotium, & Principatum substantias dignitates; sed priuilegio laicorum, Clericos dominia quedam possidere; & Pseudoteologus exemptionem tributorum, & fori. Nam ita sibi videatur dicere D. Thomas: & primi Imperatores declarasse Nam, & Imperium Laicum fundatum erat ante Christi aduentum.

Contra prefatas omnes opiniones, demonstratum est in precedentibus scriptis, Regnum Messie valet esse, vnumq; habere caput, Dominum omnium in temporalibus, & in Spiritualibus, & omnes Domini orum titulos, siue electionis, siue successionalis, siue emptionis, siue iusti belli, à Papa dependere, ut Christi Dei Vicario.

Primo Quoniam Christus est verbum Dei, Sapientia, & Ratio eterna. Ergo etiam in lege natura, omnes Dominiorum tituli rationales, pendent à Christo, Ratione, & Sapientia prima, que dixit: Per me Reges regnant &c. & Dux est à Domino potestas vobis &c. Porro hęc Ratio, cum incarnatur condescendens nobis, quibus erat inaccessibilis, non amisit Dominum, quod habebat, sed irre Redemptionis adauxit. Hęc enim humilitas magna non minuit Majestatem,

gratia & ad Confessio
rare, quod docebat
erat summus Sa-
cerdos in cap. 13.
& in cap...
Qd omnis dominiorum
titulus sit à sapien-
tia dei exponit
sit eius Vicario.

P ratio ex eo quod
Vicarius est Christi
Dei, seu potest
bentis iure creatus
& iure Redemptoris
" Propterea
" Sap. 6,

air. S. Leo : Ergo veritas & manifestatio & magis dependet à Christo, & sicut p̄p̄tis
 » potestas ; quam ante incarnatione. Sicut ipse dicit: Data enim misericordia, potestas
 » in Cielo, & in terra. Matthe. 28. Et D. Thom. declarat opus. 20. I. Idcirco
 » cum Petrus huius incarnatus Sapientia factus fit Vicarius, accepit omnes potes-
 » tates, quas illi habebat ; & quibus opus erat ad hominum gubernationem iuxta
 » typum Hierusalem. Ut ejuslibet, & destruat, edificet, & planet, & refomet. Alio-
 »quin non esset Regnum sufficiens, & universale. Palam autem est, quod Christus
 » semper in universali dat hanc potestate, dicens, Pasce &c. Gaudete &c.
 Quodcumque ; &c. Ergo omnes tituli dependent ab illa, Petri auctoritate, quae
 est Dei. Et profecto nisi ita foret, neque corrigeretur possit humanas potestates Pe-
 trus, propter ipsam aduersariorum rationes, quos nolunt. Ergo seipso testa-
 truant.

» At si prophetias contineantur. (Erit radix Iesse, qui exigeret regere gentes ; su-
 » per ipsam continebunt Reges os suum. &c. Dominabitur à mari usque ad mare,
 » &c. Adorabunt eum omnes Reges terre, omnes gentes seruient ei &c. & Reges
 » eos in virga ferrea ; & c. & Reges ministrabunt ubi &c.) Et erit Rex' Iacobus
 omnibus unus. &c. & Gaudebunt in ea omnes Reges, & adorabunt Regem Is-
 rael. &c. aliasque innumeratas propheticas in superioribus Capitulis app. Has.)
 hec quidem intelliges omnes titulos dominicium, ratione, ut pendere ab ipsius
 Meiss dominio ; & omnes potestates, à sua prima potestate, cui aucta est in
 Cielo, & in terra, insuper merito passionis, ut ipse testatur.

Ex oppositis.

Ex Unitate capituli
ab Apost. Ephes.

Dicere quod Potestates humanae dependent à Rep. est quidam Peripateticismus,
 quo non labefactati legitur melius sentiunt, ac loquuntur, quam aliqui Theo-
 logi. Nam Resp. Christiana habet unum modo Christum, & quod totum corpus com-
 pactum &c. vt ait Apost. Ergo omnes potestates pendent ab hoc capite, nisi sit
 monstrum : & hoc probauit etiam Arist. 12. metaphysice. Item D. Tho. in 3. de
 Reg. Princ. quopter hanc ipsam rationem docet omnes Principes dependent à
 Papa, & non à ceteris ; quoniam Papa à Deo habet potestatem, & Principes à Papa, &
 à Deo Papa subiecti.

Item, n. habet subiectum deinceps habet à Christo. Nulla autem lex est inter
 Christianos nisi Euangelica. Ergo omnis electio, successio, emptione, &c. bellicus
 regulariter debet per Euangolum. Cuius cum papa sit minister primus, erit, &
 ipse Dominus, norma, & iudex, omnium regimini Christiani sui. Et quam-
 quis resperiantur alie leges Ciuiiles, & Pragmaticas, hec non stanti sicut pendent
 ab alio capite ante Meissum incarnatum, sed in quantum apprebantur à Meiss,
 & Vicario eius ; vel saltem permittuntur, donec evacuerit omnes Principatus,
 & Potestates.

III. 4. Ex falso secundum opitamicum.

Porro si opinantes contrarii, non considerant Christum tanquam Deum hu-
 manatum, & tamquam primam Rationem Archistaricem omnium legum, sed
 tamquam hominem secundum ; particularis dominij institutorem, & non uni-
 versalis ; & coarctant ipsum regulam Aristotelis, qui non agnouit prouidentiam
 Dei, nec futurum seculum, nec virtutem Religionis, nec regnum universale,
 quod sibi videtur impossibile : Quo igitur pacto recte iudicare queant, qui tunc
 modi preiudicijs sunt imbuti ?

III. 5. Ex ratione Synodi quintae.

Propterea in V. Synodo cap. 4. demandantur qui dicunt cum Mopsue Steno ;
 Christianos dici à Christo, sicut Platonici à Platone. Aut hoc non potest dam-
 sari. Secundum vocem: Re ver. 2. a. sic dicuntur. Sed damnatur secundum rem
 quatenus Christus intelligitur p̄ hanc denominationem, ita Principes explicitorū
 modi Christianorum ; quod non omnium Nationum, & Principum, & Legum
 universaliter : , & inter Christianos solum Principes limitatus ad spiritualia,
 ex certis modis: sicut Plato solis Platonicis est Magister; multò ergo magis dam-
 natur, qui subiecti Christum temporalibus Principibus, & per consequens Vi-
 carium eius eisdem.

Nec recte dicunt aliam esse legem naturae ab Euangelica : Euangelium enim continet legem naturae puram additis solum Sacramentis , ut possimus illam seruare ; Quod etiam docet Sotus lib. p. 0 & 2. 0 cum D. Thom. & Gratian. dist. prima ex testimonio Isidori , & Hieronymi , & Augustini lib. de Vera Religione , & omnes proceres Ecclesie .

Item Christus non est legislator partialis , sed uniuersalis , ergo totius naturae . Item quilibet Princeps dum sit Christianus , intrat in Ecclesiam , qua est Regnum Ccelorum , At pro isthoc Regno , qui est illa pretiosa margarita in Euangeliō celebrata , oportet dimittere omnia , que quis habet , & omnem potestatem , in quo contrariantur Euangeliō , & bona temporalia iniuste acquisita : ipsaq; supponere legi , & legislatori , ac Vicario eius . Ergo ab eo deinde ipsa recognoscit . Si enim ediceret Papa potestate clauium non errante (ad destructionem , sed ad ædificationem directa , & pro veritate : aliter enim facere non potest quicquam) quod non potest retinere , qua habebat ante quam christianus fieret , proculdubio obediens debet , sicut Hæbrei conuersi ad Christianismum , omnia bona sua relinquunt ; quoniam Papa presupponit esse iniuste acquisita , & hoc sanè fecit Constantinus , & omnes prudentes Principes ; quamvis illud tempus tantum rigoris minus ferret , ne fieret difficultas ad vim recentis Euangelijs .

Verum est quod gratia non destruit naturam : sed tamen naturam corrumpit corripit , & perficit , hoc autem facere non potest nisi omnia sub potestate correctoris ponantur , et tantum retineat Christianus , quantum iudicat eaput Christianitatis professe illi , & Reipub: Ergo roborat Principatus , melioratq;

Item Christus redimens mundum etiam has potestates redemit ; Ergo sicut illarum Dominus ; Ergo , & Papa .

Item Resp. Christiana est vna sicut corpus , aut familiæ , aut nauis , aut ouile , aut sponsa ; & redempta Christi sanguine est ; Ergo tota ab illo pendens . Ergo & suo Vicario Ergo quando Resp. & populus transfert in electione potestatem suam in Principem , eo modo , & iure transferit , quo ipsa habet : & quoniam ipsa est Ecclesia : Ergo est sponsa Summi Pontificis . At sponsa iure Divino , & humano , non potest dare nisi quantum , & quomodo maritus permittit . Et qui dicunt Papam non esse sponsum Ecclesie , sed Solum Christianum , errant : Sic enim neque vius Episcopus est sponsus Ecclesie , sed custos , nec Pastor , sed mercennarius , quoniam solum Christus est Pastor , sed fallitur Hereticus homo . Tota enim Canonum , & Theologiz Doctrina , vocat sponsum , sed sicuti Vicarium sponsi . Similiter enim est Pastor & Summi Pastoris Vices tenet . Nō modò enim Christus communis eruit suis hos titulos , sed etiam incomunicabile deictatis dicens : Ego dixi , Dixi estis &c . Qui propter quatinus Princeps a Paulo per electionem penderet , tanto magis debet pendere a Papa , qui potest annihilare electionem pupilli , suaq; sponsi , omni iure , & irritare , & corriger , & donare ; multo autem minus possunt ones , Quod Pastor non vult , nec probat .

Quod autem ita sit , patet , quoniam ipse depositus Childericum Regem , Gallie , non propter Scytha , aut hæredem , sed solum , quod erat impetus ad gubernandum . Ipse etiam contulit electoratum Imperij in septem Princeps Germanos , ut tolleret bella , & discordias nationum , & subiiceret defensionem Christianissimi , & adhuc potest aliter de Imperio deceroere , ut supra dictum cum S. Thomâ . Ipse quoque diuinit Imperium Occidentale , ab Orientali , & cum ipso obediens esset Germanus Imperator , rogatus est ipse Papa , ut viret imperium , a Constantiopolitano , promittente defensione , & noluit acquiescere . Iose posuit Regem Anglie sub tributos depositus Imperii . Confirmatio expositum nouum taendum Castri .

Nō differt lex naturae ab Euang.

6. ex uniuersalitate legislationis .

7 Ex professione Christianorum .

Bk. 8. Ex perfectione .

Gratia perficit naturam , et lex gratia non diffinitur . Vnde cipatus proficit omnibus principib; Papâ , sed roborat

Bk. 9 Ex conmissione .

Bk. 10. Ex unitate multipli ci , & iure translationis , penitentie & christi .

Confirmatur ex eo quod sponsa .

Bk. 11. Ex praxi .

Confirmatio expositi nouum taendum Castri .

Ianis, & Iulianis; depositit Regem Nauarre. Dedit titulos Imperiales, Regios, & Ducales quam plurimos in terra, & fecit semper quod sibi placuit ad ædificationem Ecclesiarum, & inter persecutiones prosperatus est, ut Christus promisit: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam &c. Et insuper ipse confirmat omnesunctiones, & gladium Principum, & Imperatorum. Omnis ergo potestas, dominium, et vires Christianorum ab eo dependent.

Re Ad argumentum

supradictū ab autoritate Inns. Pa-
pe 3.

Quātū uerius prodest magis Regib⁹ dependere potius à Papa quā à Reip. potestate, & parla-
mento tam Gallis
& Hyspanis.

Quando autem ait Innoc. 3. quod Rex non habet in terra superiori, intellegit superiori laicum, & si ustra in hoc Canone se defendit Sotus, nam etiam recognoscit Rempub. iuxta suum perpateticismum, à qua accepit potestatem. Resp. autem recognoscit Papam, cuius est sponsa, & greci, & filia, &c. dum eximit Principes à Papa potestate, subiicit eos Reipub. cum nulla ad Papam appellatione, & cum vtriusque detimento; nec enim Rex seditionis populorum, nec populu Regē tyrannide, poterunt absque hoc remedio vitare. Possent quidē per arbitrios; aut per tribunal nouū, super ut amq; partē sublimatum, ut facit Regnum Aragonie, aut p accessu Potestatem alienigenam; ut Genuenses, & Florentini. Sed debile remedium, & semper ab altera partium pendens nullū.

Reges autem Gallorum, qui Canonem loqui de ipsis solis putant, dicendo quod non habeant superiori, & quod Ioan. Papa 22. irritauit Bonifacij 8. extrauag. sup. ponentis omnes arbitrio Papæ quoad ipsos: falluntur. Nam quando Zaccarias Papa, ex familia Morouei, transstulit Regnum, atque titulum, & potestatem Regiam in Caroli Magni prosopiam, & ex illis qui erant de stirpe Caroli Magni per hoc in Giapettiam traduxit, non potuisset de iure. Ergo nullus Rex legitimus ab Carolo, & deinde ab Hugone Giappetta, hucusq; fuisse in Gallia; quia neque ullus de stipe P. pini, quem Papa intronizauit. Ergo plus quam omnes subditi Christo Domini Regum patri sunt Reges Galli. Item Carolus Magnus accepit à Papa Imperium, & testamentum, quo filios heredes Francie facit, & Germanie, & Italiae, Papæ roborandum transmisit. Et cuncti Reges adeò à Papa dependerunt, ut nihil absque eius autoritate ficerent, ut patet ex historijs. Quapropter dolendum est valde, quod nuper tam scriptores, quam disputatores, adeò propensi videri velint in diminuendam autoritatem Pontificum, ad tollendas lites, & stabilendos Reges, & turandum à vassallis. & ab exteris, & vassallo ab utrisq; utilissimam erga charissimo filio, ac populis ipsius tempore eodem; tam promptè potius curantes deferendam subditorum conuentibus. Id quod ex quo in istis crevit, et in illo decrevit, Regni florentissimi fortunas omnes inclinavit. Manifestum est enim ex quo heresis, Papæ autoritatem frangens, in Galliam intravit, semper secum pugnasse Gallos, & principatum extrà Galliam non potuisse seruare nec extendere, neque caput attolere; & Nationibus inimicis cessisse, & ludibrio fuisse, prædæq; Qui legit intelligit. Et nunc Reges intelligite, & eruditimini, nequādo irascatur Dominus vester Deus, & pereatis de via iusta. Quando Ludouicus Pius priuatus est Regno, ex Decreto Concilij Lugdunensis Nationalis urgente Parlamento achoe, non ne Papa Gregor. 4. restituit illi Regnum rescissio decreto? Ludouicus Crassus Rex excommunicatur à Stephano Episcopo Paris. quoniā electionibus Episcoporum præsidere volebat: & à Papa Honorio absoluitur. Et in seditionibus sacerdotum ad Papam consugerunt, qui eidem etiam contra heres auxilium dedere, ut Pius V. Gregor. XIII. Profecto semper Reges vassallo seditionis; Vassalli Regem Tyrannidis facile insimulare solent; Vnde videtur inter eos necessarius iudex.

Propterea Aragonie Regnum habet Tribunal Iustitiae, iudicantis inter Regem, & Regnum Florenti olim, & Genua ab exteris potestatem mutuantur. Ne hoc ab illo, & ē contrā illud ab hoc vexetur. Deus autem prouidit huic malo, Parre communiū præficiens cunctis nationibus sacerdotem, qui hoc bonū conservauit cunctis: præc pue Francis Principibus, & Populis. Et habetur in can. Omnis oppressus, & Decr. Confiantini. Euertere ergo hanc potestatem est perennes lites inter Reges Regnumq; souere, Zelum, insidiiasq; mutuas. Ille enim frenat

69

re iis frenū excutere subtilibus prætensionibus satagit. Arbitri nō possunt cogere: & siue de regno sint, siue exteri, afficiuntur ab una partiū. Similiter iudices. Nullū remedium tutū, nisi recurrere ad patrem potentissimū, qui de cōsilio Cardinaliū, & legū, prouidere potest, & longē minus labefactari, quā quiuis alius Iudex: & lōgē potētius puidere, & hoc cognoscere necessitas Reges sepe coget. Videat ergo quā amarū est reliquiss Deū in suo Vicario, sicut Iudei cū Samuelē repulerū; ac Ius tyrānidis, eo qd̄ Deū se repulisse, ipse Deus testatus est; quāuis ob iniustitias Sacerdotū filiorū Samuelis regē petierit, eos incurrisse in cōminatione acceperū.

Bk. 9. Ex Paternitate.

Præterea omnes Reges appellātur filij ipsius Papæ. Ergo potestas eorū est a Patre.

Deceptione affectata Theologorum istorum, pendet ab eo, quod ante Messiam institutum erat Imperium laicum, idcirco putant à Papa non dependere; sed non vident eorum institutorem fuisse Christum Sapientiam aeternam, per quē Reges regnant &c. per legem naturalem; & eundem postea correctorem per legē Gratiaz; qui etiā m super om̄is has potestates, licet præxistentes, sed ab illo tamē semper pendentes, instituit potestatem summam nouam, quā omnes continet in se, sicut Principatus, & caput mudi vniuersale, capita Particularia: vnde Apost. Etenim si Angelos iudicabimus, quanto magis, & ita scularia? Et præterea S. Thom. de Regimine Principum, docet Augustum nutu Dei fuisse Vicariū Christi nascentis, in temporali Imperio. Igitur Reges sunt quidem à Rep. sed Christi: qui heri, & hodie, et in secula.

Bk. x. Ex Antiquitate re torqueū argumentum.

Item dicimus, quod neq; Christus incarnatus, dedit nobis potestatem māducandi, neque ambulandi, nam has iam dederat. Sed solum docuit quo pacto has actiones secundū Dei legē operaremur rationabiliter, ne à Cælesti regno excluderemur. Sic etiā non dedit ensim, electionem, successionem, quoniam antea iam ista dederat, sed solum correxit, & posuit caput vnum super omnia, & ab hoc pēdere dicēda sūt, nō à Populo; nec quia nō immediatē eximuntur. Nam iustitarius Neapolitanus dependet à Proregē immediatē: à Rege mediātē; non tamen ideo erit exemptus à Regis potestate.

Confirmatio auctoritatis S. Brigide, & argumenti ex antiqua, & novo poē.

At me magis mouet S. B. i. g. cui Christus dixit lib. 2. c. 7. & lib. 8. c. 1. se intruisse duas potestates in terra: alterā Clericalē in Petro, alterā laicā in Paulo, & alibi dicit se posuisse Clericos tāquā iudices Ecclesiæ notatos in Petro, & Principes, vt defensores, notatos in Paulo per sensum mysticum. & plebeos, qui regantur, & subministrant etiā cibum temporalem toti corpori Ecclesiæ.

Bk. 11. Ex venella, tione S. Brigide.

Hæc doctrina est rationabilissima. Hanc quoq; distinctionē Plato in sua Rep. à D. Clem. laudata, fecit, ad idē corporis humani: in quo est vis rationalis, qui sūt Iudices; & Irascibilis, qui defensores; & concupiscibilis, qui artifices, & agricolæ. Quāuis om̄s debet participes esse rationis. Et ego insup ostēdi in primo scripto de Monarchia Christianorū, & omnes animari à Religione, vt superius declarauī.

Declaratio.

Profecto S. Petrus vnitus cū S. Paulo in morte, cōsacrātes soliū Romanum, in quo sūdarēt Cælestē tribunal, vt dicit Arator, idicat qd̄ potestas Imperialis, & Potestitia vnitæ fuerint in sede Apost-Romana, & omnē laicam potestatem ab eis dependere. Ideo dicitur in Apocalypsi. Fecisti nos Deo nostro Regnum, & Sacerdotes. Vtramq; ergo potestatem dedit Christus.

Confirmatio auctoritatis S. Brigide, & argumenti ab illa ex Petri, et Pauli potestate duplice in sensu mystico.

Paulus quidē defensor Ecclesiæ fuit, & tamē Clericus; sed in mystico sēsu apud Brigidā denotat Imperiū laicū, quoniam Principes laici tenentur mori propter fidē bellādo. Et simul etiā sacrati sūt, & aggregati Clero, Reges, & Imperatores. Et atīqua pictura hāc docet veritatē, quā sepe expræst Petru, cum clauibus in manu, quas accepit, quādo factus est Princeps Apostolorū; Paulū verò cū gladio, nō cū illo gladio, quo psecutus est Apostolos, ergo cū illo, qui denotat Imperiū temporale additū Apostolatui apud Brigidā, alioquin cum clauibus, vel cum libro, vel pastorali pedo, aliquē modo pingendus fuisset.

Bk. 12. Ex Institu-

to Christi.

Item si Christus instituit potestatem Laicam, quando fecit flagellum de sūniculis, & quando intravit triumphans, vt Canonistæ volunt: Rationabile est valde, quod ostenderit illam in Paulo post ascensionem; nam Imperium posterius

dixit Christus; Liberi sunt filii, nō intelligit H̄breos, vt exponit P̄sued Theologus, sed Clericos. Nā, Vel soli H̄brei tenebantur: tātum abest vt ipsi extinxerintur. Ergo Christus soluit non de iure, sed de facto; vt qui nunc sunt Clerici in Imperio Turcarum, soluunt tributum, licet sint liberi; & itā protestentur, vt Christus. Sed Nationis cuiusq; Sacerdotes proprij, liberi sunt iure naturæ.

Car pro se, et pro Petro.

Hoc etiam valde notandum, quod Christus soluit pro se, & pro Petro; non autem pro ceteris Apostolis; quoniam solus Petrus representat Christum cum omni potestate debita Messia: & sufficeret eadem cum Christo ad edificationem Christianismi, vt Patres hic adnotarunt.

*Returquetur argu-
mentum.*

*Decimariū accep-
to, et ius dominij
non sola merces.*

P̄s. Sot.

Confutatio.

At contrā osmanes Laici tenentur soluere decimas Clero, ergo omnes subiecti sunt Iure Diuino. Sed obuiat Sotus dicens, hoc esse ius stipendij, & non dominij, iuxta illud: Dignus est mercennarius cibo suo. Contrā quem ego idēm dicā de tributis, quoniam donantur vt merces, ad sustentationem Principis, & militum defensorum Reip., et ad strata viarum reficienda, & pontes, & muros: sicut etiam ipse docet lib. 6. q. 5. Et D. Thom. ad Rom. 13. lect. 2. docet, quod Principes suscipiunt tributum quasi stipendium sui ministerij: sicut qui pascit gregem, et de lacte eius edit. Nec tamen propterea sequitur non esse dominum illum cui soluitur tributum. Sed (insuper addo) Ius dominij, certius, & maius fundant decimam, vt dicunt Canones, quod Deus sibi referuauit decimas omnium rerum, in signum vniuersalis dominij. Et hoc sēpē habes in Moyse, & in Extrauagant. Vnam Sanctam. Sed vt faciamus obmutescere aduersantes Clero, prodeat Apostolus Paulus; qui ad H̄breos demonstrat: Melchisedech fuisse maioris auctoritatis, quam Aaron, quoniam Aaron in lumbis Abrahæ soluit decimas Melchisedechi. Ergo nō est merces foissoris decima, sed veri domini à Deo authorizati, & veræ potestatis, vt ait Paulus: Non quia non habuerimus potestatem &c. Vocatur autem merces, quatenus Dominum Christianum est labor, & opus, vt diximus in prioribus capitulis &c.

*An, et quomodo
Petrus subiicit
Clericos.*

Ad Quartum Respondemus, quod S. Petrus docens, vt simus subiecti omni humanae creaturæ, siue Regi, siue ducibus. & c. Non ponit clericis subiectiōē, sed commendat humilitatem; alioquin eporteret etiam subditum esse cuilibet cloacario de iure, cum dicat, Omni creaturæ. Item hoc intelligi de facto, & non de iure, quando adhuc Ecclesia non erat auctorizata, nec debebat Principi ira irritari contrā nascentem euangelicam fidem, sed dare etiam pallium petenti tunicam, vt Christus agnouit.

*P̄s. Ad Autorita-
tem Apost. Rom.
83.*

Idem dicendum est, quando Paulus iubet solui tributa Principibus, & omnē animam subditam esse sublimioribus potestatibus: licet addat; Qui potestati resistit, sibi damnationem acquirit.

Sed ex his auctoritatibus aliud non elicetur, nisi quod quilibet suo sit subditus Superiori; alioquin Etrisci deberent obedire Regi Hispanorum; cum sit sublimior potestas Regia, quam Ducis Etruriæ. Et quoniam Clerici non sunt subditi laico Principi: ergo per Apostoli verba, neque ad tributum, neque ad subiectiōē seculari bus adiunguntur.

Itā etiam Interpretandus est Chrifost. cū dicit: Nullum Prophetam, aut Euāgelistam eximi ab obedientia superioris potestatis, hoc est, legitimè, ac proprie. Quandoquidem ipse Chrysostomus nunquam obediuit Principibus laicis; & mortuus est in exilio, potius quam Imperatori, & Imperatrici morem gereret. Nec ad Synodum voluit inimicorum venire Episcoporum, vocatus ab Imperatore, cernens esse contrā ius, supponere se iudicio manifestorum inimicorum, sponte venditorum laicæ voluntati. At si vis fiet in verbis Apostoli, Omnis anima sublimioribus potestatibus &c. Sequitur contrā eos, Quod cum non sit in mundo potestas sublimior Papali, oportet omnes ei subiectos esse Principes, & vassallos eoru: simulq; tributum debere. Et hoc recte sequitur, & omnino, cui etiam supponimus Euangelistas, & Prophetas cum Chrysostomo. Præterea Chrysostomus in Babilam, recte probat, Dominum audi plus ad Sacerdotes, quam

55
Sicut ad Imperatores pertinere: & non solum Episcopos, sed monachos melius esse Regibus ubique offendit iure natura, & diuino; quod etiam S. Martinus in mensa maximi Imperatoris declarauit.

Ad D. Thomam dicimus. quod quamvis ipse dicat exemptionem Clericorum esse de iure humano; non tamen negat quin etiam sit de iure natura, & diuino. ut appareat ex historijs Christianis, & Hebraicis, Gentilibus, & ex alijs libris eiusdem D. Thomae: praeferim de Regimine Principum; Quin non modo existunt tributis Sacerdotes in lege Rom. & Aegyptiorum, & Iudeorum, & Iaponensium, & Americanorum, & Medianitarum, & Arabum, & Aethiopum, sed etiam aluntur publico stipendio, & decimis. Et Joseph subiecit Pharaonem terram Aegypti, praeter Sacerdotalem. Et has Historias adducit S. Thomas in coquimento eiusdem contextus Rom. 13. probando esse de iure naturae exemptionem Clericorum; & Principes seculares hoc illis dedisse propter sequitorem (inquit) naturalem, & diuinam, non ex propria tantum lege positiua. Legitur. Thomas ibi ad cap. 13. lect. 2. Ergo stat firmamentum in natura iura, & Diuino. Quis enim subiicit spiritualia temporalibus, & animam corpori, & Deos hominibus? Plato, & Arist. idem testantur, & opinis. &c. Praterea ipsem D. Thomam. in opusc. 20. de Regim. Princ. cap. 18/19. & 20. probat Papam habere potestatem in temporalibus, & spiritualibus super omnes Reges terrae de iure naturali; quo corpori imperat anima; & de iure Diuino, quotidatur Petro, Pasch oves meas; & de iure positivo, ut pacet in praxi ex tempore Constantini, vsque ad nos; quoniam semper Papa posuit, & deposituit Reges, dedit titulos, & absulit; idem docet 2. dicit. vlt. in ultimis verbis; item 4. sententiarum dist. . . huic doctrina conformiter, quod notarium contra negantes opusc. 20. effe D. Thomae, idemque eius discipulus B. Augustin. Ancon. docet lib. de potestate Papae, & Egidius Columna codiscipulus: cui adscribunt opusc. 20. S. Thomas.

Ad Quintulum; Cum dicunt, Christum noluisse iudicare de Temporalibus, sed rogatum ut diuidet inter fratres hereditatem, dixisse. Quis me constituit, iudicem super vos? Ex quo inferunt non missum esse a Patre ad iudicandum secularia, sed solum ad praedicandum spiritualia, & forte iudicandum. Ego respondeo, quod Christus adhuc non capessuerat dominium illud temporale, quod acquisiuit iure redencionis per mortem. Vnde non erat antiquata lex Moysi, Christus est uero nec promulgata Christiana, nec autorizata usq; ad illud punctum, cum dixit, Index omnium in Consummatum est: sicut expouerunt omnes Theologi. Ergo cum per legem iudicandum esset, recusat iudicium veteris legis, non autem noue; sed in subito suis. subiunxit Consilium Euangelicum iuueni requirenti iudicium legale, dicens: Non confidere felicitatem in possessione multe substantie; & ostendit quam alienum erat iudicium Christi ab eo, quod iuuenis ille requirebat. Nam Christus venerat non diuidere substantias fortunae, sed facere omnia communia, sicut apparet in sua Reip. constituta in communitate simili Socratica, teste S. Clemente, & Philone, & S. Luca. Diuisio autem facta est inter Christianos, condescendendo imperfectis: sed remansit Communitas in Clero, & monachis, & perfectionem profertibus fratribus.

Praterea quando quidam alias dixit ad Iesum: Magister bone. &c. Respondit, Iesus: Nemo bonus nisi solus Deus, quid me vocas bone. &c. Itaque posset et quispiam negare quod Christus sit bonus, aut quod sit Deus propter haec verba, vt facit Machometus, hec ipsa allegando: absit. Sic, & ego inquit, quod eadem ratione respondit Christus, alteri interroganti: Quis me constituit iudicem. Quasi dicere vellet quod prius deberet agnoscere, quod ipse esset Messias; nam tunc statim manifestum erat ex scripturis, & expectationibus, quod ratio ipse esset Deus, & homo, & Rex, & index viuorum, & mortuorum, huic interroganti: Illi uero alteri, quod bonus absolute, & simplicitate. Et vt talem cognoverunt ipsum Apolloli; & ideo vocant eum absque reprehensione iudicem

Ad authoritatem
S. Thome.

- 160
5. *ratio*: viuorum, & mortuorum ; & Deum. Iudicat quidem viuos nunc per Vicarios ;
Isaias mortuos vero per se in iudicio vniuersali. Hoc autem notum erat in Prophetis
 & *Hicren. 24.* vbi scriptum legebant : Vocabitur Deus fortis , Princeps pacis &c. Et facit
 iudicium , & iustitiam in terra . &c. Quod iudicium post mortem obtinuit, quā-
 do etiam dixit : Data est mihi omnis potestas in Cælo , & in terra , & dixit Pe-
 tro : Pasce oves meas . & *Isaias 33.* Stabit in excelso , & implebit Syon iudicium,
 & Iustitia &c. Roma: interpretatur excelsum Hæbraicè : , vt videoas omnia à spi-
 ritu sancto quib[us] pacto prædicta . Et In 16. postquam dixit . Emite agnum
 „ Domine , Dominatorem Terræ &c. Sequitur. Præparabitur in misericordia so-
 lum ; & sedebit super illud in veritate ; & in tabernaculo Dauid , Iudicans , &
 reddens velociter quod iustum est &c.
 5. *Ex Isaias* Et alibi : Omnem linguam contradicentem cibi in iudicio iudicabis . h[ec] est
 hereditas seruorum Domini &c.
 6. *Ex David* Et alibi : Iudicabunt sanctæ nationes , & dominabuntur populis . &c. Hoc do-
 minium non est post vniuersale iudicium ; quoniam tunc solus Deus erit omnia
 in omnibus ; & ipse filius subiectus erit ei , qui subiec[t]it sibi omnia , dixit Apost.
 1. Cor. 15. sed intelligitur in Regno Messia , vt dictum est : quoniam , & iudicium
 finale subi[er]o fiet &c.
 7. *Fx Euang.* Et licet dixerit Iesus. Non venit filius hominis vt iudicet mundū , vt sed salue-
 tur mundus per ipsum : tamen dixit quoq[ue] Pater omne iudicium dedit filio . Et
 Rerumque Ar- non-intelligitur de ultimo tantum iudicio in fine saeculi , sed de iustificati & sem-
 gumentum per . Quoniam in tabernaculo Dauide Propheticus positus , (fides in Ecclesia) vt
 dominator , Iudex , in qua ; Quia tradidit anima suam , videbit sensum longeum
 super terram ; vti dixit *Isaias* . & David ait : Iudicabit pauperes Populi , & sal-
 uos faciet filios pauperum ; & frustrabat calumniatorem . &c. ex vñis , &
 iniurie redimet animas eorum . Hoc in psalm. 71. Quid incipit . Deus iudi-
 cium tuum Regida . &c. vt de iudicio etiam temporali intelligas.
 Arg. rerumqueur, At si adhuc verba illa , Non vt iudicet mundum , in litere adducuntur : tunc
 opus esset etiam tollere tribunal Ecclesiasticum , ne dum tempore Epis-
 copis. Quod tamen Apostoli retinuerunt tamquam à Christo institutum , dicere
 Paulo ad Tim. Accusationem Præbyteri non accipias nisi in duobus autho-
 ribus testibus . &c. sed vt etiam videoas , quod causas quoq[ue] temporales iudicet
 Apostolicus Iudex , dicit ad Corint . Secularia iudicia si habetis ; illos constituite
 ad iudicandum &c. Deinde admonet eos , vt faciant iudicem , qui sit sapientissi-
 mus in Ecclesia , & demonstrat , quod iudicia secularia pertinent ad Iudicem
 Ecclesiasticum , & longè magis . An nescitis quod Angelos iudicabimus ;
 quanto magis Ra scularia ? &c. Quid clarius ?
 Rx. Vera ad Ar- Ergo non venit filius Dei , vt iudicet mundum , hoc est ; vt faciat iudicium
 gum. Principale. finale , ad quod ventus est in fine saeculorum , sed temporale , quod dirigit
 homines ad bene viendum , ipse bene instituit in Ecclesia , & substatuit iudicium
 iniustum , & temerarium : Nolite iudicare ; & non indicabimini , sed postea ad-
 dit . Quod iustum est iudicare . Nescio ergo quid insinuant Theologantes nostri
 in littera sine spiritu , & sine littera .
 Ex his rationibus , & testimonij diuinis , palam est audax stultitia Pseudo
Cœtra eos qui dī- Theologi , assertis potestate apostolicam non extendi nisi super peccata
 sunt. *Apostolorum* soluendi , & ligandi , &c. Quoniam si peccauerit in te frater tuus &c. Et quia
 autoritatem esse Christus dicens : Data est mihi omnis potestas , Statim insufflavit , & dixit : Ac-
 colum super pec- cipite spiritum sanctum ; & quorum remiseritis peccata . &c. Et sic dedit illam
 eam .
 Rx. Ad quod Respondeo , hanc esse dissimulatam ignorantiam : quoniam si ipso
 voluisset bene legere auctoritatem , quam Prophetæ tribuunt Melicæ , & Rego-
 eius , inuenisset eam spiritualem , & temporalem , & vniuersalem , vt patet ex
 dictis . Sed proculdubio potestas remittendi peccata est omnium maxima : at-

63

atq; includit alias omnes ; sed explanata est Petri auctoritas super omnes Repetitio dictorum Apostolorum in superioribus Capitulis , & quomodo Christus dedit illi non men Petri sibi proprium , & fecit ipsum fundamentum . Et quodcumq; ligaturis . &c. Et postea seorsum : Pasce oves meas , quoniam diligis plus his . Ergo ipsi qui non tantum diligunt , non tantam jurisdictionem pascendi accipiunt &c. Et quod ad pascendum requiritur doctrina , sed non modò Philosophorum more , sed doctrina auctorizata more legislatorum ; & ad legem requiritur directua , & coercitiva , potestas . ergo &c.

Deinde dico , quod si homines non peccarent , sufficeret pars directua , vt 2. Resp. ^{o1} ait S. Gregor. Papa . Quod si Episcopi non errarent , ipse non exerceret super eos autoritatem . Sed quoniam in omni negocio humano accidit peccatum , super omnia extenditur potestas Apostolica . Quando tamen vis etiam illam limitare per glossam hanc : Super peccatum . &c. vera Dominatio est leges dare , & facere homines probos praeceptis sanctis ; sed postea contraria transgresores necessarium est flagellum ut contra bestias . Et quidem si totam naturam confideres ; voluptate , & dolore adiungunt omnia ad finem suum . Sic edimus propter famem , & delectationem : sic utimur venere : sic elementa congregiuntur ad facienda secunda entia , ergo qui negat in Ecclesia temporalem potestatem ; detruncat auctoritatem naturae . Nota ex phyllophilia.

In principio Ecclesia iudicabatur aliquando palam depeccatis ; & siebat de aliquibus confessio publica , teste Nicophoro ; sed in Ecclesia Romana confessio generaliter adhuc durat publica , particularis vero secreta , & hoc quidem Socrates , sapientissimus Philosophorum desiderabat in sua Rep. vt videlicet quicumq; peccaret , non expectatis testibus , & accusatoribus cogentibus , sponte ad Iudicem iret , & confiteretur delictum , & daret penam , & non per vim sicut Bruta , teste Platone in Gorgia . Sed deinde trubescens peccatorum traxit Christianos ad confessionem secretam . In secreto tribunali : unde videretur potestas Sacerdotalis imminuta istis Theologis venundatis : cum tamen Apostoli publicè peccanibus , iubeat penam publicam ; secretò . secretam . Ergo eadem potestas extenditur ad utrumq; & insuper ad absoluendum . Et haec est suprema potestas Apostolica . In lege naturae 187
ste Iustino martires

Item Principes laici puniunt ad vindictam : Ecclesia vero ad medelam , vt Socrates , & Plato volebant ; quoniam peccata facta , non possunt infecta fieri ; sed vt peccator , & alij exemplo eius non peccent , exigitur publica pena .

Præterea Principes laici non possunt homines à peccato absoluere , nec declarare absolutos coram Deo . Hanc auctoritatem habent Sacerdotes , quæ diuina est res ; vnde patet esse eos mediatores inter Deum , & homines . Ergo præcedere omnes . Nec quia hoc habent , vt propriissimum , excluduntur à reliquis iudicij laicis , sicuti neque quia Rex tractat consilia Regni maxima , caret potestate Iudicium minorum , qui trahant minima , sed præcedit , & præhabet ; & includit ; & vt dicit Ambros . Nulla potestas temporalis potest illi comparari ; & Bafilius Imperator in 8. Concil . Nos , ait , non possumus æquari Sacerdoti : sicut nec Ouis Pastori unquam . Idem confessus est Constantinus , & Carolus Magnus . Ergo cum sit Sacerdos iudex super peccata , & super occultâ , occulte , & super manifesta , manifeste , vt ceteri timorem habent , sicut dixit Apost . Imd . & vñus est contra incestuosum Corinthium . Ex quo etiam est iudex peccati , & mediator inter Deum , & hominem ; sequitur , quod potestas eius supereminat omnibus ; & quod quando errat Imperator , vel alius Princeps , possit reprehendere eum in publico , aut in secreto , iuxta conditionem peccati , sicut fecit Ambrosius , & Chrysost. ac Pontifices plurimi . Imd . & Ber. Abbas in Comitē Tholosanū . Ac quādo Principes faciūt alios quoq;

peccare

peccare , & populos Dei vexant facinoribus enormibus , & Tyrannide , potest eos castigare sicut Pastor oves , & correctione prius , atque gladio deinde ; vt Pontifices Romani sepe fecerunt ; alioquin oves non essent sub Pastore . Ut autem posset hoc facere summus Sacerdos ; necesse erat illi habere potestatem vniuersalem absolutam in Spiritualibus , & temporalibus ; cum Christus sit sufficiens legislator . Ergo quando dixit : Quodcumque solueris , & ligaueris super terram , erit . &c . & Pasce oves &c . omnem potestatem contulit Petro , quae requirebatur ad regimen vniuersi , & condendi leges , & abrogandi , & ponendi , & dependenti Principes , vt docet S. Thomas . Et quidem hoc necessarium est ad adificationem corporis Christi ; sicut de Messia predixerat Hieremias : Ut euellas , & destruas , adfices , & plantes . Et prophetatum est de potestate Apostolica vniuersaliter , & vniuersaliter ipsam Christus protulit . Quodcumque solueris , &c . & Pasce . &c . Nihilominus Theologi nostri addunt tot glossas , quibus incaute præbent ansam ad diminuendum , & particularizandum eam , & diuidendum vnitatem Ecclesie , & præbendam licentiam cuilibet faciendi ut liber ; & facultatem infidelibus destruendi penitus populum Dei , parcat Deus tantę multitie , & impietati .

Papa omnia potest nequè Ly super peccatum : quomodo uerè glos nequè Ly Spiritualiter , & temporaliter : nec pastoraliter , & non Monarchice ; sed fatur ab Apostolo .

2. Cor. x. " **2. Cor. xii.** " **10** **quā acculit** Apostle Paulus sic : Omnia possumus ad adificationem , nihil possumus ad destructionem : Et omnia possumus pro veritate : nihil possumus contra veritatem . &c . Et hæc

glossa non minuit , nec limitat , sed nobilitat , & Euangelicat Apostolus dicam potestatem , si recte inspicias .



Duplicem glossam Apostoli illorum Verborum, Papa
Omnia potest, veracissimam esse, ac omnibus
preferendam.

APPENDIX.

BIECI: T mihi quidam erroris notari, propter quod fecerim Papam Dominum in temporalibus, ac spiritualibus, directe. Respondeo hoc verum esse; & contrarium asserere in spiritualibus, est heres; in temporalibus vero error in Philosophia, qui facile parit errorem in Theologica politia. Nam idem quod ego, scripsit D. Thom. in 4. sent. diss. 20. art. 2. q. 3. Vz. Papa habet plenitudinem potestatis in spiritualibus, & temporalibus: a quo omnis alia potestas dependet. Et ideo (ait) est Rex, & Sacerdos. Item in 2. sent. d. 43. in q. vltimo additis expositioni tex:us ait S. Thom. quod magis obediendum est in spiritualibus Praelato, & in Civilibus Principi; nisi forte potestati spirituali, etiam secularis potestas coniungatur, sicut in Papa, qui utriusq; potestatis apicem habet, scilicet spiritualis, & secularis; hoc disponente, qui est Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, Rex Regum, & dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regnum non corruptetur in secula seculorum. Amen. Idem docet in opusc. 20. lib. 3. cap. 10. 18. 19. et probat, quod non solum in spiritualibus, sed quidam volebat; dupli ex ratione; Primo quia sicut corpus ab anima, ita Principes laici a Papa, qui regit animas dependere debent. 2. ex vsu. Nam Constantinus non dedit sed cessit Imperium Sylvestro Papae: Et Papa fecit Carolum magnum Imperatorem, eiusq; successores in Occidente. Probat etiam quod Imperatores Graeci antequam Scismatici essent, omnes obediebant Papae.

Item cap. 14 ibidem probat, quod quilibet Rex Christianus tenetur subiecti Papae, sicuti Christo, cui data est omnis potestas in Ccelo, & in terra. Et in cap. 19. Triplici iure probat: Dominium istud Papae super omnes Reges, Vz. Diuino, Naturali, & Positivo, vti probat vius: hac D. Thomas.

Quapropter Ego in Thomistarum choro, non potui assentire dicentibus quod indirecte Papa habet potestatem super laicos Reges, etiam in temporalibus: sed dixi, Secundario in temporalibus, in spiritualibus vero principaliter, vt videtur docere Bernard. primo de Consid. ad Eugen. & D. Thom: Nam ait, quod Si anima dominatur corpori naturaliter, & corpus est propter animam, & bona temporalia propter corpus: Papa, qui dominatur spiritualibus, & animis per Religionem principaliter, multo magis corporibus, & externis bonis subordinatis directe. Hac cōsequentia vtitur Papa in Decret. deponens Imperatorem, & accipit ab Apost. 1. Corint. 6. An nesciitis (dicete) quod Angelos iudicabimus? quanto magis secularia? Et quidem in illo textu constituit Iudices in Ecclesia. Porro si bona temporalia non subiicerentur corpori, & corpus anima, Papa non haberet Dominium directum sicut nec

Cahier

Celum habet directum in humanam mentem ; propterea quod habet in corpus ab eo gubernatum ; sed indirectum : non enim mens corpori subordinatur . Similiter seruus habet ius indirecte in dominum suum , quatenus scilicet petendi alimenta , & dierum festorum vocationem . Et Rex Hispaniarum habet dominium indirectum super Cardinalem Granuelam Proregem Neapolitanum ; quatenus est Rex Neapolitanorum ; idemque dicimus de alijs Principibus , opera Prelatorum in temporali regimine uti volentium . Quapropter licet bene forsitan intelligat Bellarmin : non tamen loquitur bene ad mentem D. Thome , nec ex vocabulorum congruenti significatione . Idem D. Thomas 3. cont. Gent. cap. 84. vsq; ad 89. docet , quod Cœlum agit in corpus per se ; in potentias organicas per accidens ; quia informat corpus , in intellectum vero indirecte , quoniam nullius corporis est actus , ut dicit etiam Aristotiles . Si Ergo in doctrina Thomistica dicerem , quod Papa indirecte dominatur laicis in temporalibus , & solum directe in Spiritualibus , facere illum dominum , non per se , nec per accidens , sed longe minus ; Sicut Cœlum super intellectum , in quem nihil potest , nisi quatenus ministrat vitam corpori , in quod corpus Cœlum potest : & sic Principes laici possent ex hoc dici Papa meliores , sicut intellectus Cælo melior est . Et quoniam audiui Sextum V. Pontificem Maximum , habuisse in animo prohibere libros auctoris fatis noti , extenuantes per ly Indirecte potentiam Papæ , maxime cum visiderim quandam Theologum , Venetos ad scismata sollicitantem contrâ Paulum V. ad quem misi hunc librum contra illum , abuentem authoritate Bellarmanni contra Papam : Ego volui inhærees S. Thomæ dicenti : Secundario . Et Apostolo 2. Cor. 10. & 13. dicenti , Se habere omnem potestatem ad edificationem , non ad destructionem . Et iterum omnia possumus pro veritate : nihil contra veritatem . (Iste duæ sunt glossæ veræ apostolicae)

Et propterea probauit fortissimis rationibus ex veteri , & novo Testamento , hanc potestatem vniuersalem cum D. Tom. ex illo textu . Data est mihi omnis potestas &c. Matth. 28. Ergo Regia , & Sacerdotalis , quia secundum ordinem Melchisedech , qui fuit Rex . & Sacerdos . Psalm . 109.

Item Paternalis , quia pater futuri seculi . Isai. 9.

Item Oeconomicæ : quia constituit illum Dominus super familiam suam . Matth. 24.

Item maritalis , quia sponsus Ecclesiæ Ioan . 3.

Item cum vtrōq; gladio , altero ex semore iuxta Psalm . 44. quod est Epithalamium ad sponsum Ecclesiæ . Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime . Altero ex ore . in Apocalyps: primo . Ex ore eius pendebat gladius ex vtrāq; parte acutus . Et iterū habebat scriptū in scemere (gladijs scilicet materialis) Rex Regū , & Dominus Dominantiū . Sic Rogerius Rex in capitulo ensis ad semur scriptum gerebat . Appulus , et Calaber , Siculus mihi servit , & Afer . & probauit , quod has potestates omnes habuit à Christo , ut sit sufficiens , & non diminutus heres , & Princeps mundi , sicuti docet Bernard . & Canonizatur hæc doctrina per Bonifac . 8. in extraug. vnam Sanctam , ita ut contraria , quam defendit Censor , sapiat heresim ; & hunc esse sensum Ecclesiæ Sanctæ , & D. Thomæ , quem ego teneo , demonstrat Augustinus Anconitanus . qui dicitur .

Scripulus S. Thomæ Parisijs fuit

vna cum Aegydio

Cardinali

similiter Augustiniano , in libris de Potestate

Papa per totum : ne dum ipse D.

Thom. in 2. & in 4. senzientiarum .



Omnia

63

Omnia Regna mundi, Spiritualia, ac temporalia, instituta esse
a Christo Deo: Et post incarnationem, Pontificiam pot-
estatem Apostolicam superpositam super omnia Regna
mundi, non ut illa auferret, & tolleret, sed uniret, & corri-
geret, & reformaret, & quatenus opus esset, ad edificationem
Christianismi poneret, & deponeret: Et omnes potestates
dependere ab illa, non a Repub: principalièr: Et de com-
munitate Reip. Christianæ etiam in temporalibus: Et Regib: [“]
præstare dependentiam sui, & populorum a summo Sacer-
dote in contiouensiis nascentibus inter populos, ac Reges: [“]
& inter Reges, & Reges; quam à Rep. vèl parlamento Iu-
diciū expectare, aut à quocumq; alio tribunal: ut praxis
demonstrat.

Caput Decimumquartum:

DE B A N T ijdem Theologi, auctoritatem Principalem
non dependere a Deo immediate, sicut Papalis iure diui-
no; sed mediante iure naturali, dato Reip. ad scipiam con-
seruandam. Ergo dependere immediate a Rep. que pot-
estatem habet regendi se; quam confert Principi per elec-
tionem, deinde largitur eam posteris per successionem,
prout a principio placuit cuiuslibet Nationi. Sed nunc non
posse. Remp. auferre Principibus collatam potestatem, nisi
cum fuerint Tyranni. Posse quoq; eis per empionem, aut
iustum bellum, aliena Regia occupare: sed nullatenus dependere a Papa, sed
solum vbi deviant a Celesti trahite, posse à Papa corrigi, nec ab eis ad Papam
appellari posse. Quin Concurruias afferit, Papam in temporalibus à Rege de-
pendere, siveq; etiam in spiritualibus, sicut Aaron à moysi: siveq; Sacerdo-
tium, & Principatum disiunctas dignitates; sed priuilegio laicorum, Clericos
dominae quendam possidere; & Pseudoteologus exemptionem tributorum, &
sori. Nam ita sibi videtur dicere D. Thomas: & prius Imperatores declarasse.
Nam, & Imperium Laicum fundatum erat ante Christi aduentum.

Contra prefatas omnes opiniones, demonstratum est in precedentibus sermo-
nibus, Regnum Melliz valet esse, vnumq; habere caput, Dominium omnium
in temporalibus, & in spiritualibus, & omnes Dominiorum titulos, siue electio-
nis, siue successionalis, siue empionis, siue iusti belli, à Papa dependere, ut Christi
Dei Vicario.

Primo Quoniam Christus est verbum Dei, Sapientia, & Ratio eterna. Ergo
etiam in lege naturæ, omnes Dominiorum tituli rationales, pendent a Christo,
Ratione, & Sapientia prima, que dixit: Per me Reges regnant &c. & Data est à
Domino potestas vobis &c. Porro hęc Ratio, cum incarnatur condescendens
nobis, quibus erat inaccessibilis, non amisit Dominum, quod habebat, sed iure
redemptionis adauxit. Hęc enī humilitas magna non minuit Majestatem,

prius B. ad Corin-
tios quod Moyse
erat summus Sa-
cerdos in cap. 8; &
in cap...
Qd omnis dominiorum
titulus sit à sapien-
tia Dei Xpi: ac sub-
sit eius Vicario.

P ratio ex eo quod
Vicarius est Xpi
Dei oēm potest
huius iure cre. nūs
et iure Redēptionis
" Pren. 3.
" Sap. 6.

ait S. Leo; Ergo verius & manifestius, & magis dependet à Christo nunc omnis potestas, quam ante incarnationem. Sicut ipse dixit: Data est mihi omnis potestas in Celo, & in terra. Matthei 28. Et D. Thom. declarat opus. 20. lib. 3. Idcirco cum Petrus huius incarnata Sapientia factus sit Vicarius, accepit omnes potestates, quas illa habebat, & quibus opus erat ad hominum gubernationem iuxta typum Hyeremiae: Ut euellat, & destruat, edificet, & planet, & refameret. Alioquin non erit Regnum sufficiens, & universale. Palam autem est, quod Christus semper in universali dat hanc potestatem, dicens, Pasce &c. Confirmata &c. Quodcumque; &c. Ergo omnes tituli dependent ab illa Petri auctoritate; que est Dei. Et profecto nisi ita foret, neque corrigere posset humanas potestates Petrus, propter easdem aduersariorum rationes, quod nolunt. Ergo seipso defruunt.

2. Ratio.

Ex Isaia

Ex David

Ex Ezech.

Ex Tobia

At si prophetias contueare. (Erit radix Iesse, quae exurget regere gentes; super ipsam continebunt Reges os suum. &c. Dominabitur a mari usque ad mare, &c. Adorabunt eum omnes Reges terrae, omnes gentes seruent ei &c. & Reges eos in virga ferrea; &c. & Reges ministrabunt tibi &c. Et erit Rex Imperans omnibus unus, &c. & Gaudebunt in ea omnes Reges, & adorabunt Regem Israel &c. aliasque innumeratas prophetias in superioribus Capitulis applicatis.) bene quidem intelliges omnes titulos dominantium, rationaliter pendere ab ipsius Messiae domino; & omnes potestates, a sua prima potestate, cui aucta est in Celo, & in terra, insuper merito passionis, ut ipse testatur.

Dicere quod Potestates humanas dependent à Rep. est quidam Peripateticus, quo non labefacti legitime melius sentiunt, ac loquuntur, quam aliqui Theologici. Nam Resp. Christiana habet unum modo caput, ex quo totum corpus compactum &c. ut ait Apost. Ergo omnes potestates pendent ab hoc capite, nisi sit monstrum: & hoc probauit etiam Arist. 12. metaphysice. Item D. Tho. in 3. de Reg. Princ. propter hanc ipsam rationem docet omnes Principes dependere à Papa, & nō ē cōtra, quoniam Papa à Deo habet potestatem; & Principes à Rep. quae à Deo Papae subiecta sunt.

Item, n. hac Republica legem habet à Christo. Nulla autem lex est inter Christianos nisi Euangelica. Ergo omnis electio, successio, emptio, ius bellicū, regulari debet per Euangeliū. Cuius cum papa sit minister primus, erit, & ipse Dominus, norma, & Iudex, omnium regiminiū Christianiū. Et quamvis reperiātur alia leges: Ciuitates, & Pragmaticæ; hec non stant sicut pendent ab alio capite antē Melliam incarnatum, sed in quantum approbantur à Messia, & Vicario eius; vel saltem permittuntur, donec euacuerit omnes Principatus & Potestates.

Porrò si opinantes contrarie, non considerant Christum tanquam Deum humanatum, & tamquam primam Rationem Archetypicem omnium legum, sed tamquam hominem sectarium, particularis dominij institutorem, & non universalis; & coarctant ipsum regulis Aristotelis, qui non agnouit prouidentiam Dei, nec futurum saeculum, nec virtutem Religiosam, nec regnum universale, quod sibi videtur impossibile: Quo igitur pacto recte iudicare possunt, qui siue modi priuilegiis sunt imbuti?

Propterea in V. Synodo cap. 4. damnantur qui dicant cum Mopsu Steno: Christianos dici à Christo, sicut Platonici à Platone. At hoc non potest damnari. secundum vocem: Re vera &c. sic dicuntur: Sed damnatur securidum rem quatenus Christus intelligitur p. hanc denominationem, ita Principes explicitorum modi Christianorum, quod non omnium Nationum, & Principum, & Legum universalitatem, & inter Christianos solum Principes limitatus ad spiritualia, ex certis modis: sicut Plato solis Platonis est Magister; multo ergo magis damnatur, qui subiect Christum temporalibus Principibus, & per consequens Vicarium eius eisdem.

Nec

3. Ex legis unitate.

4. Ex falsis focus opinacionibus.

Nec recte dicunt aliam esse legem naturae ab Euangelica; Euangelium enim continet legem naturae puram additis solum Sacramentis, ut possimus illam seruare; Quod etiam docet Sotus lib. p. 1. & 2. cum D. Thom: & Gratian.

dicitur prima ex testimonio Isidori, & Hieronymi, & Augustini lib. de Vera Religione, & omnes proceres Ecclesie.

No differt lex nat
uræ ab Enang.

Item Christus non est legislator partialis, sed universalis, ergo totius naturae. Item quilibet Princeps dum sit Christianus, intrat in Ecclesiam, quæ est Regnum Cœlorum, At pro isthoc Regno, qui est illa præiosa margarita in Euangelio calebrata, opertet dimittere omnia, quæ quis habet, & omnem potestatem, in quo contrariantur Euangelio, & bona temporalia iniuste acquisita: ipsaq; supponere legi, & legislatori, ac Vicario eius. Ergo ab eo deinde ipsa recognoscit. Si enim ediceret Papa potestate clavium non errante (ad destructionem, sed ad adificationem directa, & pro veritate: aliter enim facere non potest quicquam) quod non potest retinere, quæ habebat ante quam christianus fieret, proculdubio obedire debet, sicut Hæbrei conuersi ad Christianismum, omnia bona sua relinquent; quoniam Papa presupponit esse iniuste acquisita, & hoc sanè fecit Constantinus, & omnes prudentes Principes; quamuis illud tempus tantum rigoris minus ferret, ne fieret difficultas ad vim recentis Euangelij.

Verum est quod gratia non destruit naturam: sed tamen naturam corruptam corrigit, & perficit, hoc autem facere non potest nisi omnia sub potestate correctoris ponantur, et tantum retineat Christianus, quantum iudicat caput Christianitatis prodesse illi, & Reipub: Ergo roborat Principatus, melioratq;

Item Christus redimens mundum etiam has potestates redemit; Ergo fuit illarum Dominus; Ergo, & Papa.

Item Resp. Christiana est vna sicut corpus, aut familia, aut nauis, aut ouile, aut sponsa; & redempta Christi sanguine est; Ergo tota ab illo pendens, Ergo & a suo Vicario Ergo quando Resp. & populus transfert in electione potestatem suam in Præcipem, eo modo, & Iure transfert, quo ipsa habet: & quoniam ipsa est Ecclesia: Ergo est sponsa Summi Pontificis. At sponsa Iure Diuino, & humano, non potest dare nisi quantum, & quomodo maritus permittit. Et qui dicunt Papam non esse sponsum Ecclesie, sed Solum Christum, errant: Sic enim neque vilus Episcopus esset sponsus sue Ecclesie, sed custos, nec Pastor, sed mercennarius, quoniam solus Christus est Pastor, sed fallitur Hereticus homo. Tota enim Canonum, & Theologia doctrina, vocat sponsum; sed sicuti Vicarium sponsi. Similiter enim est Pastor, & Summi Pastoris Vice tenens. Nō modò enim Christus cōmuni-
cavit suis hos titulos, sed etiam incommunicabile deitatis dicens: Ego dixi, Dixi etis &c. Quia propter quamvis Princeps a Paulo per electionem pen-
deret, tanto magis debet penderet a Papa, qui potest annihilar electionem pupuli, suaq; sponsi, omni iure, & irritare, & corriger, & donare; mul-
to autem minus possunt oves, Quod Pastor non vult, nec probat.

Quod autem ita sit, patet, quoniam ipse depositus Childericum Regem, Gallie, non propter Scysma, aut heresim, sed solum, quod erat ineptus ad gubernandum. Ipse etiam contulit electoratum Imperij in septem Princeps Germanos, ut tolleret bella, & discordias nationum, & stabili-
faret defensionem Christianissimi, & adhuc potest aliter de Imperio decernere, ut supra diximus cum S. Thoma: Ipse quoque diuinit Imperium Occidentale, ab Orientali, & cum inobedientis esset Germanus Imperator, rogatus est ipse Papa, ut vñiret imperium, a Costantinopolitano, promittente defensione, & noluit acquiescere. Ipse posuit Regem Anglie sub tributo; depositus Imperatores plurimos multas electiones annihilauit; Diuinit nouum inuidum Castel-

6. ex uniuersalitate
te legislationis.

7. Ex professione
Christianorum.

Bk. 8. Ex perfectio-

Gratia perficit na-
turæ, et lex gratia
non destruit Prince-
cipatus præficiendo
omnibus principib-
Papæ, sed roborat
melioratq;

Bk. 9 Ex con rede-
ptione.

Bk. 10. Ex unitate
multipli ci, & iure
translationis, pen-
dente à Christo.

Confirmatur ex eo
quod sponsa.

Bk. 11. Ex praxi

Confirmatio expo-
sitius Iuris praxis

ianis, & lusitanis; depositit Regem Nauarriæ. Dedit titulos Imperiales, Regios, & Ducales quam plurimos in terra, & fecit semper quod sibi placuit ad ædificationem Ecclesia, & inter persecutiones prosperatus est, ut Christus promisit: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam &c. Et insuper ipse confirmat omnes vñctiones, & gladium Principum, & Imperatorum. Omnis ergo potestas, dominium, et vires Christianorum ab eo dependent.

¶ Ad argumentum

supradictū ab au-
boritate Inn. Pa-
pe 3.

Quātū uerius pro-
dest magis Regib' de-
pendere potiū appella-
tionē, & Papa quā à Reip.
mento tam Gallis q̄ Hyspanis.

Quando autem ait Innoc. 3. quod Rex non habet in terra superiorem, intelligenti superiorē lacum, & si ustra in hoc Canone se defendit Sotus, nam etiam recognoscit Rempub. iuxta suum peripateticismum, à qua accepit potestatem. Resp. autem recognoscit Papam, cuius est sponsa, & gressus, & filia, &c. dum eximis Principes à Papa potestate, subiicit eos Rempub. cum nulla ad Papam dependere possit appellatione, & cum utriusque detimento; nec enim Rex seditiones populorum, nec populu Regē tyrannide, poterunt absque hoc remedio vitare. Possent potestate, & parla- quidē per arbitros; aut per tribunal nouū, super ut amq; partē sublimatum, ut mento tam Gallis facit Regnum Aragoniæ, aut p accessu Potestatem alienigenam; ut Genuenses, & Florentini. Sed debile remedium, & semper ab altera partium pendens nullū.

Reges autem Gallorum, qui Canonem loqui de ipsis solis putant, dicendo

Quod Reges Galli
à Papa, tam ex in-
stitutione, tam ex
praxi, tam diuino
sure tam ex ipsorū

quod non habeant superiorem, & quod Ioan. Papa 22. irritauit Bonifacij 8. extraug. sup. ponentis omnes arbitrio Papa quoad ipsos: falluntur. Nam quando Zaccarias Papa, ex familia Morouei, transfutit Regnum, atque titulum, & potestatem Regiam in Caroli Magni prosopiam. & ex illis qui erant de stirpe Caroli Magni per hoc in Giapetiam traduxit, non potuisse de iure. Ergo nullus Rex legitimus ab Carolo, & deinde ab Hugone Giappetta, hucvisq; fuisse in Gallia; quia neque ullus de stirpe Pipini, quem Papa intronizauit. Ergo plus quam omnes subditi Christo Domini Regum patri sunt Reges Galli. Item Carolus Magnus accepit à Papa Imperium, & testamentum, quo filios heredes Franciæ facit, & Germaniæ, & Italiæ, Papæ roborandum transmisit. Et cuncti Reges adeo à Papa dependerunt, ut nihil absque eius autoritate ficerent, ut patet ex historijs. Quapropter dolendum est valde, quod nuper tam scriptores, quam disputationes, adeo propensi videri velint in diminuendam autoritatem Pontificum, ad tollendas lites, & stabilierendo Reges, & curandum à vassallis. & ab exteris, & vassallo ab utrisq; utilissim im erga charissimo filio, ac populis ipsius tempore eodem; tam prompte potius curantes deferendam subditorum conuentibus. Id quod ex quo in istis creuit, et in illo decreuit, Regni florentissimi fortunas omnes inclinavit. Menissestum est enim ex quo heresis, Papæ autoritatem frangens, in Galliam intravit, semper secum pugnasse Gallos, & principatum extrâ Galliam non potuisse seruare nec extendere, neque caput attolleare; & Nationibus inimicis cessisse, & ludibrio fuisse, prædictaq; Qui legit intelligit. Et nunc Reges intelligite, & erudimini, nequādo irascatur Dominus vester Deus, & pereatis de via iusta. Quando Ludouicus Pius priuatus est Regno, ex Decreto Concilij Lugdunensis Nationalis urgente Parlamento aches, non ac Papa Gregor. 4. restituit illi Regnum rescisso decreto? Ludouicus Crassus Rex excommunicatur à Stephano Episcopo Paris. quoniā electionibus Episcoporum præsidere volebat: & à Papa Honorio absoluitur. Et in seditionibus sacerdotum ad Papam confugerunt, qui eidem etiam contra heres auxilium dedere, ut Pius V. Gregor. XIII. Profecto semper Reges vassallos seditionis; Vassalli Regem Tyrannidis facile insimulare solent; Vnde videtur inter eos necessarius Iudex, Propterea Aragoniæ Regnum habet Tribunal Iustitiae, judicantis inter Regem, & Regnum Florentiæ olim, & Genua ab exteris potestatem mutuantur. Ne hoc ab illo, & è contrâ illud ab hoc vexetur. Deus autem prouidit huic malo, Patri communem præficiens cunctis nationibus sacerdotem, qui hoc horum conservauit cunctis: præc pueris Franciæ Principibus, & Populis. Et habetur in can. Omnis oppressus, & Decr. Constantini. Euertere ergo hanc potestatem est perennes lites inter Reges Regnumq; souere, Zelum, insidiiasq; mutuas. Ille enim frenas.

rei si frenū excutere subtilibus prætensionibus satagit. Arbitri nō possunt e ge-
re, & siue de regno sint, siue exteri, afficiuntur ab una partiū. Similiter iudices. Nullū remedium tutū, nisi recurrere ad patrem potentissimū, qui de cōsilio Cardinaliū,
& legū, prouidere potest, & longè minus labefactari, quā quiuis alius Iudex : &
lōge potētius puidere, & hoc cognoscere necessitas Reges sepē coegerit. Videat ergo
quā amarū est reliquiss Deū in suo Vicario, sicut Iudei cū Samuelē repulerūt;
ac Ius tyrānidis, eo qđ Deū se repulisse, ipse Deus testatus est; quāuis ob iniustitiā
Sacerdotū filiorū Samuelis regē petierit, eos incurrisse in cōminatione acceperūt.

Præterea omnes Reges appellātur filij ipsius Papæ. Ergo potestas eorū est a Patre.
Deceptione affectata Theologorum istorum, pendet ab eo, quod ante Messiam in-
stitutum erat Imperium laicum, idcirco putant à Papa non dependere, sed non
vident eorum institutorem fuisse Christum Sapientiam æternam, per quē Re-
ges regnant &c. per legem naturalem ; & eundem postea correctorem per legē
Gratiæ ; qui etiā super om̄s has potestates, licet præxistentes, sed ab illo tamē
semper pendentes, instituit potestatem summam nouam, quæ omnes continet
in se, sicut Principatus, & caput mundi vniuersale, capita Particularia: vnde Apost.
Etenim si Angelos iudicabimus, quanto magis, & ista sœcularia ? Et præterea
S. Thom. de Reginime Principum, docet Augustum nutu Dei fuisse Vicariū
Christi nascentis, in temporali Imperio. Igitur Reges sint quidem à Rep. sed
Christi : qui heri, & hodie, et in secula.

Item dicimus, quod neq; Christus incarnatus, dedit nobis potestatem mā-
ducandi, neque ambulandi, nam has iam dederat. Sed solum docuit quo pacto
has actiones secundū Dei legē operaremur rationalitē, ne à Cælesti regno ex-
cluderemur. Sic etiā non dedit ensēm, electionem, successionem, quoniam
antea iam ista dederat, sed solum correxit, & posuit caput vnum super omnia,
& ab hoc pēdere dicēda sūt, nō à Populo; nec quia nō immediate eximuntur.
Nam iustitarius Neapolitanus dependet à Proregē immediate : à Rege media-
te; non tamen ideo erit exemptus à Regis potestate.

At me magis mouet S. Brigidæ, cui Christus dixit lib. 2. c. 7. & lib. 8. c. 1. se in-
stituisse duas potestates in terra: alterā Clericalē in Petro, alterā laicā in Paulo, &
alibi dicit se posuisse Clericos tāquā iudices Ecclesie notatos in Petro, & Prin-
cipes, vt defensores, notatos in Paulo per sensum mysticum. & plebeos, qui
regantur, & subministrant etiā cibum temporalem toti corpori Ecclesie.

Hæc doctrina est rationabilissima. Hanc quoq; distinctionē Plato in sua Rep. à
D. Clem. laudata, fecit, ad idēā corporis humani: in quo est vis rationalis, qui sūt
Iudices; & Irascibilis, qui defensores; & concupiscibilis, qui artifices, & agricole.
Quāuis om̄s debet participes esse rationis. Et ego insup ostēdi in primo scripto
de Monarchia Christianorū, & omnes animari à Religionē, vt superius declaraui.

Profectò S. Petrus vnitus cū S. Paulo in morte, cōsacrātes soli Romanum, in
quo sūdarēt Cælestē tribunal, vt dicit Arator, idicat qđ potestas Imp:rialis, & Pō-
tificia vnit̄ fuerint in sede Apost:Romana, & om̄ne laicam potestatem ab eis de-
pendere. Ideo dicitur in Apocalypsi. Fecisti nos Deo nostro Regnum, & Sa-
cerdotes. Vtramq; ergo potestatem dedit Christus.

Paulus quidē defensor Ecclesiae fuit, & tamē Clericus; sed in myſtico sc̄su apud
Brigidā denotat Imperiū laicū, quoniā Principes laici tenentur mori propter
fīē bellādo. Et simul etiā sacrati sūt, & aggregati Clero, Reges, & Imperatores.
Et atiqua pictura hāc docet veritatē, quæ séper expræst Petru, cum clauibus in
manu, quas accepit, quādo factus est Princeps Apostolorū; Paulū verō cū gladio,
nō cū illo gladio, quo psecutus est Apostolos, ergo cū illo, qui denotat Imperiū
réporale additū Apostolatui apud Brigidā, alioquin cum clauibus, vel cum libro,
vel pastorali pedo, aliquē modo pingendus fuisset.

Item si Christus instituit potestatem Laicam, quando fecit flagellum de su-
niculis, & quando intravit triumphans, vt Canonistæ volunt: Rationabile est
valde, quod offendit illam in Paulo post ascensionem; nam Imperium poste-
rius

B. 9. Ex Paternitate.

B. x. Ex Antiquitate re torqueū argumentum.

Confirmatio auctio-
ritatis S. Brigida. &
argumenti ex an-
tiqua, & novo poē.

B. xi. Ex venella-
tione S. Brigida.

Declaratio.

Confirmatio auto-
ritatis S. Brigida. &
argumenti ab illa
ex Petri, et Pauli
potestate duplice in
sensu myſtico.

B. xii. Ex Institu-
to Christi.

rius est Sacerdotio, dignitate, & tempore in Christo, & in Adam. Et quidem quando in Cælum ascendit, testatur Paulus, quod reliquerit Apostolos, Euangelistas, & Doctores, & deinde Gubernatores, & hec erit potestas laica, de qua loquitur ad Brigidam.

Mulier hæc Sanctissima, loquitur ut testis Dei, non opinatiæ, neque adulatriæ, ut isti Theologi, nam Papam iniustum, vocat in aliis reuelationibus Luciferum, & Pilatum, & Iudam, vbi opus est. Ergo illi fides debetur.

Item non est detipiens, neque decepta. Reuelationes namq; ipsius quotidie verificantur magis, & recognitæ fuerunt iæsu duorum Conciliorum, & à Rom. Pont. & à Theologis grauioribus, & Cardinalibus 9. Ergo illi credendum est, & non alijs opinantibus.

Et ideo verū est in Papatu utramque potestatem esse, & omnes causas ad ipsū deuolui posse iuxta 17. Deuteron. Et decret. Constantini. Sed huc usque non venimus ad hunc usum, nisi certis vicibus fortasse, bonas ob causas, in quibusq; tamen ob malas. At non debent omnes appellari nisi que atinent ad totam cōmunitatem Christianismi, ut vassalorum, & ut monet S. Tho. propter bonū fidei: aut enormitatem scelerum. Alioquin esset lites producere, & Apostolica authoritatē ad minutias demittere; Moysés iudicet grauiora: Presbyteri ordinaria. Ita admonet Bern. ad Eugen: & hæc est in vsu.

Præterea addo aliam Propheticam doctrinam, quod totus Christianismus cum sit Regnum Messie filij Dauid, non habet auctoritatem temporalē ullā, neque gladiū a Populo (& concordamus cum Brigida) sed solū à Messia Dauid, & à Deo; licet nō immedie omnes, sed (ut aiunt) medie populo; cui Deus etiā in lege gratiæ hæc cōcessit. Nā quā lo fecit Saul, & Dauid Reges; voluit quoq; eos à Populo eligi. Ergo p̄dēnt à Deo p̄ hoc mediū electionis. Nūcautē cū omnes Christiani inferti sūt spiriti Dauidico p̄ Christū, sicuti Oleaster olivæ (teste Paulo ad Rom.) & Dauid iam sit Rex, & Sacerdos instauratus secūlū Melchisedech, vt̄ superioris diximus, & in Apoc. dicitur Redemisti nos, & fecisti nos Deo nostro regnū. & Sacerdotes, videtur palā, qd̄ omnes Christiani sint Reges, & Sacerdotes Dauī dici: quisq; sui, nō autē, & Reip. vt putat Calvinus. Idcīcō Petrus vocat eos Sacerdotiū regale. vt quidā volunt. Ego autē potius referrem hoc ad caput corporis Christi, in quo est regale Sacerdotium: sicut in Mosayca vocatur Regnum Sacerdotiale respectu sui, quia potiores partes habebat in Regno, vel respectu utriusque, Moysis, & Aaron. At dicamus Christianos dici Sacerdotes moraliter, & tropologicè omnes, quatenus sacrificant Deo fructus bonorum operū, & sunt subditi directi legi, sicut, Reges: non autē coacti, nisi qui se bestias, & seruos peccari faciunt; nā lex coercituā nō est posita iustis, ait Apoł. sed iniustis.

At historicè Reges totius communitatis sunt Principes Laici, & Episcopi; quoruū utrorumq; Pontifex maximus dicitur Rex Regū, & Deus Deorū, Sūt illi, & Sacerdotes Reipublice offerentes Christum: est, & Sacerdos Sacerdotū Papa, vniens eos in unum corpus, & Regnum. Hinc videmus omnes Christianos in Baptismo vngi tamquā Reges, & Sacerdotes, quemq; sui priuatim, vt dixit Rabanus à Grat. citatus de Consecrat. & Innoc. i. de Sacr. vñct. At si qui consecrātur ad gubernationem Reip. differunt: quoniā Principes laici in humeris, & brachijs vnguntur; quia scilicet sunt defensores, & exercere brachio habent gladiū Dauidis, & representare Christū potentē in brachio suo. Episcopi vero vnguntur in capite, quoniā representant potestatem meliorem capitis Christi, quæ est Ratio, & Sapientia æterna, ad cuius nutum mouenda sunt brachia. Papa autem omnino, sicut caput eorum omnium, est Apostolatu Petrus, vñctione Christus, ait Bern: Ecclesia igitur habet gladium materialē, sed exercendum manu Principum laicorum, qui habent exequutionem, nō maioritatem in eo, quod exequuntur; quoniā non caput, sed brachium exequendo huic muneri destinatum est, nisi vbi opus fuerit capiti etiā brachij munus obire in virginibus prælijs, vt fecit Leo quartus cōtra Saracenos; & alij Pōtistes, deficientibus brachij.

Nunc

Cuiusmodi appellationes, & que ad Papam à toto Christianismo propter spiciales sūt utiles.

3. Reg. cap. 19.

Bl. 13. Ex amplitudine, & universitate Regni Messie.

In politia Christiana quisq; Rex. & Sacerdos sui est, & Rep. sensusq; hereticorum à sensu catholicorum secernēdos.

Nunc assert potestatem hanc, & gladium Principibus agnoscendum esse. Messia, cuius Regno incorporati sunt, si Christiani esse velint, quoniam ipsi omnes sunt Davides, & gladij eorum sunt Davidis resuscitati; non autem quos ante habebant à Populo gentili, nisi quatenus erat rationalis à Christo auctore natura, sapientia, ac ratione prima. At in quantum rationalis Populus, omnis Christianus est, cum sit Christus Ratio summa. Hoc autem declaratur. Zecchar. 22. Erit omnis, qui offendit in die illa in Ierusalem, quasi David: & domus David quasi Deus sicut Angelus Domini in conspectu eorum, & erit in die illa, quoram conterere omnes gentes que veniunt contra Ierusalem, & effundant super Dominum David, & super omnes habitantes in Ierusalem spiritum gratiae, & pietatis; & aspident in eum quem confixerunt. &c. Et planget eum planctu magno quasi super unigenitum &c. Quibus sane verbis ostenditur Christus crucifixus, & deploratus, quos annis a plurimis presentim in hebdomada. Sancta confixus propter peccata nostra; Et quomodo omnis Christianus est, sicut David, & David quasi Deus; quoniam Sacerdotes mystici David, sunt quasi Deus. Et Angeli, quia Sacerdos Angelus Domini exercitum est, ait Iacob. Quapropter licet Princeps omnes ad populum compatati, vocentur Deus. Papa tamen est ipsis Deus ad ipsos, ut patet in Psalm. 81. male allegato per Pseudo Theologum. Hic autem ubi spiritus sanctus Principes appellat Davides; appellat quoque Sacerdotes Deos, & Angelos. Ergo nullum est arbitrari laicos posse iudicare Clerici, & pollere aliqua auctoritate non dependente à Papa, per hoc quod vocantur Deus: ubi Papa deus deorum. Item si vere dixit Ezechiel, Erit Rex Imperans omnibus vobis, nec diuidentur amplius in duo Regna; proculdubio nullus potest esse Rex in mundo, qui non dependet ab illo uno. Et hec diuisio intertemporalet, & spiritualem euertit totam Bibliam, totamq; Remp. Et facit aliud caput, independens à primo, sicut Danthes duos soles, ne faceret Imperatorem unum, ac proinde à Papa lucem, & vigorem, id est, scientiam, legem, & gladium accipientem. Et Ecclesia Hierarchiam à mundi exemplari inepte diuellit. Et non recte Sotus putat unam in nocte temporalium praesse etiam Soli. Nam Luna non habet in nocte potentiam, nisi à Sole, à quo lucem accipit. Sic Imperator in temporalibus à Papa penderet, melius Danthes, sed falso, facit duos Soles ad tuendum opinionem.

Tandem concludo, gladium Principum Christianorum, esse gladium David ablatum à Goliath gentili: Ergo, & Messie. Nec posse ab eis exerceri, nisi secundum legem messiae eius Ecclesia dicitur in Michæl. 4. Cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas eras. &c. Principes sunt vngues pedum, & manuum; cornu vero est in capite, qui est Papa. Ergo habet ferreum cornu. Idcirco dixit David de suo Messia. Exaltabitur sicut unicornis cornu meum. &c. & cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti: & Isaia 2. Populus est salvator meus (id est Messias) & brachia mea populos iudicabunt. Hi sunt Christiani Principes. Et alibi ait: Me Insulae expectabunt, & bracchium meum sustinebit. Inveniunt &c. Insula est nouus Orbis, qui hucusq; expectavit Messie legem post nos. Rex autem Hispanus est, bracchium Christi quod sustinet, id est, corporis mystici. Et iam dixerat ibidem Isaia. Non erit tristis neq; turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius Insulae expectabunt. &c.

Hieremias 30. propriè & clare ostendit Papatum reædificatum in excelso, quod significat Romam. Et postea ait: Erit Dux ex eo, & Princeps de medio eius producetur. Et applicabo eum, & accederet ad me. Qui enim est? &c. Vbi palam ostendit Papam per electionem produci, quem Deus applicat ad se, & regit Spiritu suo. Quoniam homo per se non potest ad tantum eleuari. Deinde declarat eum totius mundi caput, sicut Ezechiel, & Isaia, & David, & omnes Prophetæ preallegati.

Argumenta cetera aduersariorum, fundantur in actibus hominum; qui usurparerunt dignitatem super Ecclesiam; & sunt mox corrigendi ad normam.

Con-

Imperator non est
aliter Sol sed Luna
dependens à Sole,
qui est Papa in lu-
ce & calore id est
in solio, & poten-
tia.

R. 15. Ex gladii
Davidici heredi-
tate.

» conf. ex Michæl

» Confirmatio ex
Hieremias

» Argumēta aduer-
fundata in factō nō

in iure facti nilq;
valent,

Constantini; sicut promissum est ad S. Brigidam; ut in nulla Prophétia; aut veritate rationali fundatur.

R. Ad autem quae sunt Cæsar et Cæsari &c.

Colla autem verba: quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei, Deo, non faciunt diuisionem Principatus in Regno Christi; sed dicta sunt ad cōprehendēdū fallaces interrogatores in astutia sua; qui volebant Christum accusare tamquam rebellem Cæsari. Ergo siue modo dicit: Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & quæ Dei, Deo.

Sed omnia sunt Dei; & nihil est Cæsaris, nisi quatenus penderet à Deo; igitur cum Papa repræsentet Deum, omnia sunt sub ditione Papa, non autem Cæsaris, nisi quatenus Papa docet secundum Deum; quid enim Cæsar habet quod non accepit? Sotus vero irridet hanc sententiam aduersariorum, portans aliam golosam, & Basilius Imperator ait: Si Papa est Pastor, & omnis Imperator est ovis, necessariò sequitur, nil posse ovem contraria Pastorem; neque plus; nisi secundum legem à Pastore inpositam.

Quis miles adficitur militiæ alterius, aut homo monachatus habitum sumens, cum incorporatus fuerit, ille militiæ, iste monachatus, dicit ille gladium quem ante militiam habebat, & iste, vestem, quam à domo tulit esse suam, & sui voluntate vtendum; & non potius superioris noui, cui se subjecerunt? Sic sunt electiones, & potestates, quas Christiani habent aequam fiant Christiani: semper quidem agnoscendæ à Principe supremo in Christianismo, cui se dederunt.

Ad illud tandem de cantatum. Non eripit mortalia; qui Regna dat Cælestia, vnde etiam concludunt, Papam non posse quipiam super Regna laicorum; nec ea posse eripere, quoniam neque Christus eripuit, sed reliquit, ut erant. Ego respondeo hac conclusione:

Christus Dei Ratio nō instituit armis nouas potestates laicas; quia iā instituerat eas p. legē naturæ, vbi erant rationabiles; alibi vero punierat; Sed solum dedit eis superiorē, & caput vnu super vniuersū, omnīq; potestate muniuit. Quod caput, nemini auctor qd habeat, quāuis illud suo Principati Christiano incorporet, hoc est, omnes principatus vniat; sed corrigit eos tantum, et reformat, & dirigit ad æternum Regnum. Ergo nulla forma Principatus repugnat Apostolico Principati, neque Resp. vlla rationalis, quoniam omnes à Christo institue fuerunt, summa Ratione. Sed sola diuisio repugnabit: Idecirco omnes vniuit sub uno Principe Apostolico: qui vt possit tot formas Republicanum, & Principatum regere, & vniire, accipere debebat potestatem vniuersalem nullo limitata modo, nisi ad adificationem; & ita dictum est: Pasce Oves &c. vniuersaliter. At cum fuerint incorporate humana potestates, habentur sub reformatione, & factæ quasi Davidica, & vnitæ in una République, cuius Papa est caput. Eradicunt inuidetæ sub vna ab hostibus, & pacificè in se. Nec (vt quidam post me scripsit) puto, Principes esse feudatarios Papæ, nisi qui acceperunt ab eo Regnum de nouo: sed filios subditos Patri, & discipulos Magistro, & Oves Pastori, & super intendentem.

Exemplum Institutiōnis Resp. sub Messia.

Fecit Christus sicut homo, qui habens nauem in mari, quæ passa est naufragium, & conquaillata est, attritacj; & diuisa in plura capita gubernationum, & quorum alijs trahit nauem huc, alijs illuc. His ob res herus in mare dat se reperit nauem; dat ei legem; vt ad talem præmonstratum portum nauiget; ponit magistros, qui doceant nauigantes, & vnum præfectum ipsorum omnium facit: relinquendo proceres, si qui bene regebant illam. Alios vero corrigendo; sed auctoritatem largiendo vni, omnibus præfecto; vt possit regere cunctos, & deponere eos, qui à Portus via declinant. à Deo. Et hoc beneficiorum maximum etiā politice inuenit; Omnia n. mala Reip. ex hoc oriuntur, quod Princeps se ipsum, atq; sua commoda facit finem Reip. vnde seditio, et tyrannides grassantur, vt Plato etiam nouit. Si aut finis est Deus, cessant haec omnia. Et hoc Christus dixit: Primum querite regnum Dei. Dedit eidem reg-

medio

73

media reficiendæ nūis, & cibaria; carnem, oleum, & omnia, quantum opus est ad iter. Et horum dispensatores fecit nouos illos Doctores sub capitibz ducazu. Hec sunt Sacra menta, & lex Euangelica ad reficiendam, & gubernandam Petri nauem; quorum dispensatores sunt Clerici. Nautæ vero laici. Et Principes partem habent in Regimine sicut prius, sed secundum regulas nouas Euangelij, quod est bonum nuncium, portus securitatis, & Princeps omnium factus est Petrus: Ergo non propterea quod Principes eliguntur à populis, sicut prius, ex stimandum est eos à Petró non dependere, sed prorsus quidem, at ad ædificationem. Cognoscere autem ubi sit ratio ædificationis, aut destructionis, non competit Principibus Laicis, sed Concilio Pastorum, & Papæ; sicut pecudibus non datur iudicare de legibus, & actibus pastorum; & Si Augustinus idem habet contrà Faustum &c.

Hic etiam affirmandum est, quod cum bona Ecclesiæ largiatur non sit verè donatio. Tum quia Deo nihil damus, cum omnia sint illius, & nos ipsi, ut dicit David in 2. Psalm. sed est signum simplicis voluntatis boni in Deum. Tum quia neque Ecclesiæ fit donatione sed quedam apositio est in communi, & depositatio in bonum omnium, sicut nec manus alimentum dant ventri, sed ponunt in communi, quod diuidunt sibi omnia membra; non enim donator spoliat se, & hæredes suos rebus donatis. Quandoquidem quilibet eorum potest Clericus fieri per virtutem, Episcopus, & Papa, & Monachus, & Frater &c. Ergo hoc est communia facere bona toti corpori seruientia.

Quando vero Princeps quispiam Feudum aliquod largitur, aut Proregem sibi facit Clericum aliquem, non proptera est Clerici superior factus ille, sed reddit illum sibi socium in regendo. Item multa donantur persone, & non professioni persone. Et Sic indirectè potest in Clericum, & quatenus potest super actus eius gubernationis.

Porrò Rex dum facit Episcopum Proregem, non diminuitur dignitas Episcopalis, dum auxiliatur in regimine; neque subesse eidem in temporalibus illis est subiectio dignitatis Episcopalis, sed dignitatis Proregis; illius vero est Societas, secundum quam membra corporis Ecclesiæ se se mutuo adiuuant, manus quidem seruunt pedibus dum eos calceant, quamvis sint digniores illis. Idcirco Apostolus ait: quod Christus Posuit in Ecclesia primo Apostolos, 1. 10. Prophetas, 3. Pastores: deinde virtutes, deinde gratias curationum, & opitulationes, & gubernationes. Quod postremum sonat potestate laicas qua cipitulantur Pastoribus, & Apostolis ad regendum, iuxta illud Isaïæ: Venient alieni, & paseant pecora vestra. &c. vos autem Sacerdotes domini. &c. Sed deinde docet Apostol. omnia membra se inuicem adiuuare, opitulari, & conseruare. Ecce temperata ita esse, ne sit scysma inter membra Christi.

At nunquam videbis Papam fieri Proregem, aut pro Imperatore: quoniam est caput omnium, etiam in Iurisdictione: Episcopus autem membrum est in Iurisdictione. Idecirco videmus Diaconos posse excommunicare Episcopos, & incarcerare, & condemnare; non sua, sed Papæ auctoritate. Non tamen propterea Diaconus est super Episcopum. Sic nec Rex super Episcopum.

Proregem, nisi, ut dictum est, indirectè, quatenus est super regimen, ac dominium; sic, & homo agit, in Angelum, quando super eius opus agit.

Vtrum qui Ecclesiæ bona exteriora reliquiunt tributq; censendi ab donare,



De Iure Imperatoris super totum Mundum, &
aliorum Principum, in quo &c.

Cap. XV.

OT. hac asserto, Imperatorem, quatenus est defensor Ecclesie, Dominus totius mundi in spiritualibus, & temporalibus, esset & ipsum Dominum totius mundi ; sed in temporalibus, cum Ecclesia sit per totum mundum sparsa, aut spargenda, iuxta illud : Prædictate Evangelium omni creaturae &c. Ergo non propter rationes Baldi, neq; Bartholi, quas Sotus irridet, neq; forsitan Ostenensis, licet melius dicat : sed solum in quantum est defensor Ecclesie, potest vniuersaliter tamquam brachium principale corporis Messiae. Sed cum iam Imperator sit viribus dominatus, habet potestam eius Princeps omnis, ubi, & in quo est ab Ecclesia auctorizatus, ut docet S. Thomas in opere 20.

Ergo Rex Hispanorum, vt Brachium Messiae occupat nonum orbem ; in quem nullum possidet ius nisi quatenus defensor est fidei Evangelicae, & diffractor Evangelij Dei : sicut ex Prophetis in cap. seq. parebit, ubi & Papam, non vt arbitrum, sed vt Iudicem, & Dominum, diuidisse terram videbimus ; quis dominatur vt Vicarius M. ssia & mari usq; ad mare, & possessionem accepit terminos terra : & omnia Regna, quatenus rationalia sunt, sunt Christiana à Christo Ratione prima, vel explicitè, & complete, vel saltè implicitè, & incomplete ; Quatenus vero irrationalia, debent cogi ad ius naturale seruandum, vt Arist. p. Polit. docet. Et Romani, & Alexander in hoc posuere Ius dominandi super Barbaros, quibus melius est subesse, quam praesse, & salix necessitas, quæ cogit ad bonum, t. scilicet Augustino. At Evangelium non per vim intruditur licet defendatur armis, sed per vim extruditur barbaries eorum qui manducant carnem humanam, & vivuntur Sodomia, & idolatria bestialissima, & in hoc sus Papam habere nemo neget, nisi, qui Christum non norunt, Verbum, & Rationem Dei, & Messiam esse vniuersalem ; & non s. &c. caput.

Quapropter palam est omnia pendere ab uno capite in christianissimi corpore de iure, & beati Christiani, quando hoc bene intellectum, & executioni mandatum fuerit ; tunc enim cessabunt bella inter eos, scismata, hereses, pestes, fames, amissiones regnorū, & metus ab infidelibus. Sed dum Christi doctrina negligitur, omnia de malo in peius probabuntur.

**D. A. t. Canon due
finit &c. &c. &c. uen-
tum est ad uerum.**

Illi Canones Gelasij. I. Duo sunt, &, Cum ventum est ad verum, qui videtur diuidere potestates Ecclesie in Regnum, & Sacerdotium ; & dicunt diabolū introduxisse eorum vniōnem ante Messiam, præter quam in Melchisedecho : non videntur mihi præjudicere Regno Messiae Melchisedechem, sed volunt quod laicus Princeps non possit usurpare Pontificatum, sicuti erant prius Imperatores Romani, Pontifices, & Reges simul, non autem quod Pontifex Christianus Melchisedechus, non possit iudicare super Imperio Laico ; & ve è Diabolus in principatibus gentilibus sibi seruientibus vniuit Sacerdotium cum regno, vt sibi diuinum cultum arriperet, dignitate vtraq; fulgentissimum, qualis deberetur Deo, vt videlicet Sacerdos, qui esset non vilis sed Imperator, & Rex, offerret sibi Sacrificia Idolatriæ, quoniam ipse æmularunt honores Dei, sicut Simia illius, qui in lege naturali vniuerat etiam Regnum cum Sacerdotio ad gloriam suam ; sed non

non negant quin naturaliter possit idem esse Rex, & Sacerdos. Et quidem sensus illorum in Pontificum, & conatus omnis, fuit ad suadendum Imperatoribus, ne sibi usurparent dehinc iura Pontificalia, sicut ante Constantimum; sed non ad negandum ius naturale antiquissimum in Adam, Noe, Abraham, Moysi, Samuele, Matalia, Iuda, Melchisedech, & Ietro, & in alijs Principibus in cap. enumeratis; qui fuerunt Sacerdotes simul, ac Reges, & non a Diabolo sed a Deo Instituti; ut supra dictum est.

Dicunt alij etiam Canones, Ne Papa ingrat se Regimini seculari, & vt obseruet leges imperiales in temporalibus; sed non quidem quod non possit hec Papa, ve considerat bene Bernardi, sed quia non decet; & vt membrorum officia non confundantur, neque dignitas maior obeat misera minor, vt Rex tribunatu; sed mutuo sibi auxilientur. At semper in capite ius perseverat constantius super omnia membra, & operationes corporis Christianismi, & si quid probant aliud tales Gelasii Canones per tractatam aduersariorum, habemus contra eos extraag. Bonif. 3. & Can. Nic. 1. dist. 97. & 21. in Epist. ad Mich. & hi posteaiores Gelasio sunt.

Profecto si incompossibilis esset unio harum potestatum, non posset Papa vel illum Dominum temporale habere; sed comprobatum est, quod ad stabilitatem potestatis Apostolicas, necesse est dominia temporalia habere, ne sint praedicti hetericorum, & secularium tyrannorum. &c. ergo. &c.

Ergo per placet Deo, vt bona dentur, hoc est. communia siant in Ecclesia. Ad hoc enim respexerunt Apostoli, & ita sicut tantum ut revertantur omnia ad communitatem, sicut sicut in lege naturae, & rursus caput in Apostolis, ut alibi docemus, id est in Prophetabus.

Item sancti doctissimi, Sylvestris, Augustinus, Vrbinus, Ambrosius, alijque Doctores, nunquam damnauerunt, sed laudarunt Constantini acta, & communicatione Imperij, & bonorum in Ecclesia. Chrysostomus vero conqueritur aliquando, quod secularis ut onere se eximerent alieni Clericos, possessorum illis dabant, & occupabant eos in vindemia, & pecula-
tu; & a libris abstrahebant; & quod a secularibus ista curentur potius volebat. Et Sic Bergius, & Bernardus, & Romualdus San-
ctissimi, acceperunt possessiones,

&
laborabant in eis ad exercitium; at in quo impe-
diebantur a Sacris, vtebantur famulatu-
m, laicorum, ut palam est. & sic
huic malo prospicie-
bant.

Hac prouidentia Episcopi,
& Pontifices ut
debent.

Qua ratione Pontifex potest esse Dominus in Temporaliibus, cum temporalia bona multa agnoscat ex donatione Principum, &c.

Populorum.

Cap. XVI.

**Quesitio 36. art. 3.
do Bos. Pap.**

Varentibus autem, cur Papae ex donationibus Regum, Principum, cognoscit Alpes, Coctas, & Exscriptas & Patrimonium S. Petri, & Regnum Siciliae, & Occidente Imperium a Constantino, cum ipse sit Rex Regum & Dominantium. Et unde sit, quod: ipse donat Papa Magno Imperium, ac deinde medicat ab eo. Exscriptas & Romandiolam, & alias Vrbes. Respondet Augustinus Triumphus, quod esse dominum rerum contingit ad citer, vel de facto, & consuetudine, sive iuste, sive rupinicè, sicut Turca. Vel iuste sicut administrator, & sic Reges boni, & ministri Dei gubernant, habentes pro fine Reipublicum Dei. sicut Plato, & nos Polit. ostendimus faciendum. Ergo Ecclesie defensionem. Vel iuste, seu habuviuersalem Iurisdictionem; & sic Papa est cnpium Dominus, quatenus Vicarius Christi verè Domini, per quem Reges regnat, qui & Principibus dicit administrationem, & executionem Domini in defensione sui cultus. Quod ergo Princeps laicus dat Episcopo regimur, usq; administrandi partitur, dominij: sed quando dat Papa, dat ius, quod habet, scilicet, ipsiusalis iurisdictionis. Alioquin posset Princepes auferre, & contestari item cum Papa, Papa posset conueniri in aliquo foro, quæ omnia falsa sunt: Et in artic. 4. prob: quod si Imperator propter huiusmodi administrationis usum prætenderet se F pma maiorem; etiam Deo maior dici posset; qui terram dedit filiis hominum, hunc usum non habet: dicit enim: Nunquid manducabo carnes taurorum.

Seneca videtur, secundum naturam, pulchritus hoc ipsum declarare, cum eni lib. 7. de Benef. c. 4. ostendisset: quod vir sapiens de iure nature est dominum omnium rerum, quoniam sapientia est gubernare, ac dominari, licet secundum fortunam, & de facto non dominetur. Obicit sibi. Ergo qui dat sapienti, non dat sed reddit suum. Et Respondens ait: Quod similiè dicitis, & vos: Omnes amicorum esse communia. Ergo nemo amico donare potest, quoniam d communia. Nihil prohibet, aliquid, & sapientis esse, & eius qui possidet, c datum, & assignatum est. Sic sapientis omnia esse dico, ut nihilominus propr quisque in rem suam dominium habeat. Iure Civili omnia Regis sunt; & tamen illa, quorum ad Regem pertinet vniuersa possessio, & singulis dominis descripta sunt, & vnaqueq; res habeat possessorem suum. Itaque dare Regi dominium, & mancipium, & pecuniam, possumus: nec donare illi de suo dicimus. A Reges, enim, potestas omnium pertinet, non singulorum proprietas. Fines Aheniensium, aut Campanorum vocamus, quod deinde vicini inter se priua terminatione distinguunt. Et totus ager, huius, aut illius Reipublice est. Pa deinde suo domino quæque censemur. Ideoque: donare agros nostros Reipublica possumus. quamvis illius esse dicantur, quia aliter ipsius sunt, aliter mei. Ne quid dubium est, quin seruus cum peculio domini sit? Dat tamen Dominio simunus &c. sic & filius dat aliquid Patri; Omnia Deorum sunt. Tamen depositimus

postulamus dominum , & stipem iecimus . Et in seq: c. 5. declarat , quod usus est
tuis , & dominium meum . Quapropter hac cauillatio , que in sapientem sit ,
fieri potest in Richarum , & alios filios reges , qui iure charitatis omnia esse
sanctorum Dei amicorum decent tamen si acciperent tamquam suum , puni-
tur : habent enim ex iuris , non ex viu . His dictis recte posuimus nos , quod
Principes dant Papæ , sicuti dant Deo . Mudit David 7. Paralip. & Seneca :
cum tamen omnia sint Dei . Vel melius : Dare Ecclesia , diximus : esse ponere in
communi , quod erat proprium . Et valet viri Beati Augustini distinctio , quod
Administratio est Primi potest , & Proprietas , cuiuslibet , & potestas , est Vica-
rii Christi ; cui administrationem cedunt , & dant , non iurisdictionem , nec do-
minium . Papatus n . & Clericatus non est proprium alicuius persona , aut fami-
liae , ut omnium Leuitarum : Quilibet enim potest fieri Clericus , & bona illa Cleri-
cortum in usum accipere ; & per virtutem fieri Episcopus , Cardinale , & Papa .
Et huc quoque Christianitas est Regnum , & singulorum ; nec enim potest per
hereditatem transire in posteros . Quapropter quoniam ignoranter cauent Principes ,
ne bona veniant in manus Clericorum , non aduententes se sonari , ne in com-
munitatis beneficium cedant , & haec sponte fieri vult Christus passim . Propre-
tate non auctoritatibus Paparum collendum pro Ecclesia omnia , nec per se , sed in
comunitate : Sponde auxiliorum tuorum , te uidentem um , apti portus coicantum .
Ecclie dona dandi in diuinus habet , & minibus fueri , &angeri debet . I m-
inimum Principium hinc a societate aliquando . Cum ergo insident successionem
Clericis , cum omnium sit Christianorum hoc Regnum , & successio , & her-
editas . Amplius eternarum nomes , & familiæ Macridis in Papatu , quam in propria
familia . Quid queritis premitatem nominis , & eternitatem Dominij , & suc-
cessionis , o homines , ext . aeternum ? Ammen responde . Vbi nunc Principes Suei
Normandie Valerii Aragonis , Sizuanus , &c . Et cur subesse iudiciorum vul-
nis o Principes , sed patrum alterius aeternitate , & Regna perdere
ur , & tibi proprias & alienas , defensas aeternis in infidelium venire po-
test . Tertio quidam habet suum fidelium superpotius quam
excessu illi imp . in Papatu qui est Antepistus communis ,
et auctoritas , stabilitate nobis Regnum ita quod illi longe
superioris ; sed in aliis estis nunc nec aliis fidelis .
In aliis , quod est in possessione obornensis , sive
etiam , sive aeternis , sive aeternis aliquis fidelis imp .
et auctoritas , et auctoritas infidelis ? Intra exhortatio .
Et causa eiusdem est in aliis , quod est in possessione
obornensis . Et hoc regnandi Principes omnes sub Papæ .

Ingrédients

Si quis dicit quod non est in Christo, non habet spiritum eius.

De quo consistat Reformatio dominiorum

humanorum per Euangelium

introducta.

Capit. Decimum Septimum.

Oratio Principium secularium per Christum, in cuius Ecclesie lumine, eos ambulaturus fore prophetavit Isaiae ad plures propositiones reducitur. Quarent Papa Christi Vicarius declaratur, & Iudeus legitimam luce habetur. Prima est: quod finis Reip. non est Rex, nec eius comoda, nec procerum: nec populi, sed cultus Dei propter regnum aeternum. Hoc propositione tollit Tyrannides, & seditiones. Hoc Expressit Apost. Iosephus principium dixit, Nemo sibi vivit, & nemo sibi mortuit, vos autem Christi, Christus autem Dei.

Quod propter Regnum Celorum renunciare tenetur potestari, dicitur. honofibusq; quatenus essent iniusti. Id enim simile est thesauro abscondito, in agro (ait Dominus) quem qui inuenit homo, vadit, & vendit omnia, que habet, & emit argum illum. Aut sicut præciosi margaritas, pro qui bonis negotiis dat omnia que habet. Unde & S. Gregor. inquit: Regnum Celorum tantum valet, quantum habes. &c. loquens de Petró, & Andrea, quia retia, ac Scapham tantummodo reliquerant. At hac differentia ponitur inter Religiosos, qui præceptum, consiliumq; pariter amplectuntur. Et laicos, qui soli precepia inherenter; quod illi paupertatem eligentes, omnibus renunciant bonis, & affectu: seculare vero affectu tantum: si tamè iuste acquisita, sunt; efficiuntq; bona propria quodammodo communia, quatenus pro Euangeliō Dei obligantur ponere vitam, & quicquid habent, sive Regnum, sive filios, sive parentes. Etenim, & Plato cognovit etiam, quod Res publica finem aliquem habet; & hic ait, est cultus Iouis rerum opificis, & gubernatoris. Omnia autem sunt propter finem.

Hec prima correctio aduersatur Mechiavellis, & Cesari; qui cum Euripide dicere solebat: Si violandum est ius, regnandi causa violandum est, ceteris rebus pietatem colas. &c. necessores Regnum esse à Deo, & propter Deum. Homo enim non potest esse finis sui; nec enim seipsum beare potest, nec semper esse: inquit occubit ante quā Resp. occumbat, quam ad se t. inquam ad finis regebar; media autem adepto fine torruunt, vt scena peracta commedia (ait S. Chrysostomus.) Ergo Deus poterat beare, & semper existens, est Potentissimus, & Papa qui hunc finem curat, directe, curat, & media secundum omnem Phylosophiam. Hinc sequitur Corolaria conclusio: Quod leges omnes, & ordinines, & sententiæ, & mores laicorum Principium, secundum prudentiam humanam procedentes, subjici debent Ecclesiasticæ disciplina, sicut sensus rationi, & spiritui corpus, vt docet Gregor. Nazianz. & Plato Phylosopher, idem agnouit, & Pythagoras, & D. Thom. opusc. 20. omnesq; sapientes; quoniam hoc lege naturali discernitur. Istoq; sensu Constantinus declarauit, omnes causas ad Sacerdotes prouocari posse, appellatione legitima; & idem probat Can. Omnis oppressus liberetur ad Sacerdotum auxilium confugiat. Et idem requirit decisio. Majoris inter Principes, & Principes: & inter Principes, & Vassalos.

¶ p. 9.

Secunda

Probatio

Corollarium . 2.

Secundū corollariè inferetur; quod quamvis Conciliorum Sacrorum, aut S. Coroll. g.
Pontificis Decretum, Principi Laico grauis videantur, tamē obediē obligatur,
dum Pontifex non est hæreticus, neq; paſam scismaticus, neq; Concilium re-
quisitus caret. Nam in rebus dubiis (teste Augustino) iudici obediendū est.
Idem Carolus Magnus Imperator à Gratiano cīratus, & Bonifacius Comes ad
S. Augustinum, & Theodosius Imperator ad Ambrosium, & Iunior Theodo-
sius ad queridam Clericum, & Basilius Imperator in Synodo 8. & S. Greg. in
Decret. Non enim ouis Pastorem; nec Civilis homo, suum iudicem iudicare
poterat.

Corrado:

2. Secunda Principalis correctio per Euangelium allata est, quod quia Prin-
cipes priſti plerisque habeantur domini, & poſſeſſores Rēp. Et qui plura Re-
gna occupabat aliena, vt ait Laſtantius, plus magnificabatur, & nobilitabatur,
iuste vel iniuste.

Quamobrem ita limitandū est, quod dixit Anſelma: Omne dominium esse in-
iustum. Iustitia enī est illud modo remere quod suum est. Ac nō a ferā ex
illis antiquis poterat dicere suum id quod posſidet, quandoquidem unusquisq;
per vim dominati illius arripuit, aut ſotis variis, & ſimulatis p̄ceptibus, ex-
tortisq; modis: Vnde Carnead. in ſententiā Romano, auctor est probare, Iustitia
ſe figmentum fallax.

Anſelma de Princibus ſententiā

Christus igitur corrigit hunc dominandi modum; docetq; aliud nos esse do-
minationem Christianam, nō ſeruire Deo, prō duce, & p̄ſtore ciuium tuarum
rationalium, Iamē pro ministro totius populi ſui, & non vt dominus: Scitis (in
quiens) principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt potestatem
exercent inter eos. Non ita erit inter vos; Sed quicunque voluerit inter vos
maior fieri, fit ſicut minister vester: Et qui voluerit primus esse inter vos, erit
vt ſeruus. Sicut filius hominis venit non ministrari ſed administrare; & dare ani-
mam ſuam in redēptionem pro mulieris &c. Et licet doctrina hēc, principatum
Ecclesiastīcum magis tangat, quam ſecularem; nihilominus idem de viroque
pronunciatur, cum ambo fiant Christiani Principatus, non enim Laicus gentilis
est. Differunt autem ſicut Sol, & Luna, vt in Decretalibus docet Iñoc. 3. Sicuti
enī Luna à Sole lumen, & calorem, & influentiā accipit: ſic doctrinam, &
gladium, & potestatem Princeps Laicus ab Ecclesiastico habet: ipsumq; amu-
jari debet. Similiter Chryſoſt. per eadem verba exponit correctionē eſt Princi-
patum Laicum, vt & Apoſtolicum ad normam iuris naturalis, & Euangelici.
Item cum in praefato contextu Christus de Gentili, & laico Principatu loquatur
ipsumq; damnent in eo, quo potestatem per ambitionem, tamquam maior ex-
erget, neceſſariō ſatendum eſt, ab eo in eisdem verbis correctionē eſt, & Chri-
ſtiano Iure reformatum: Vos autem non ſic, idem respondet Mar. x. eadem cum
correctione. Qui videntur, ait, Principari gentibus dominantur eis; & Principes
eorum potestatem habent ipsorum: non ita autem erit in vobis &c. & Luc. 12.
replicat huc sermonem, seq; ipsum ponit exemplar, qui cum eſſet magiſter, &
dominus, ministrabat illis. Et insuper. Dispono, ait, vobis, vt ſedatis, & bi-
batis ſuper mensam meam in Regno meo, & hoc dicens ſubdit ad Petrum. Ex-
petiuit Satanas vt cibraret vos &c. Ego autē oravi, vt nō deficiat fides tua, ſed
tu aliquid cuersus cōfirma fratres tuos &c. Vbi colligitur quod Christus morti
appiquans, Petro delegauit curſi regendi, & cōfirmādi Apoſt. & Principatus refi-
re, & Principū abſitionē, & Tyrānidē, & ſuperbiā frānare. Tunc enim cū qua-
rio fieret inter Apoſtolos, quis eorū eſſet maior, praefata verba ſequitur in repra-
hensionem, & correctionem modi regnandi, & Petro datur potestas confi-
mandi eos, quos Sathan in hoc decepit, & pro eo rogatur vt non deficiat fides
eius; quod in Ecclesia Romana ſede illius perpetuū ſeruatum eſt. Qua-
pter neque Papa eſt dominus Ecclesie Christi, ſed ſeruus ſeruorum, vt D. Gre-
gorius declarauit, & diſpenſator, et euſtos, ſicut alibi Christus docet.
Ita omnes Episcopi ſeruſunt, & Paſtores, qui nulla premia terrena
ſperare

De Major, et obed;
Can. ſolitie.

Ad Monos Sperare habent, nisi viatum, & vestitum ad sustentationem, vti Christus eriām
Si Brigidae declarauit. Quicquid verò honorum habent in communitate seru-
uatur, ad Ecclesias, & pauperum, & ipsorum vsum fidelem. Idcirco Episcopu-
tus re verà dignitas non est, more humano, licet omnes mundi dignitates exce-
dat, sed labor, & ministerium, proptereaq; ab uno quoq; sancto, sapienteq;
desiderandus est, vt in eo labore seruiens Domino, sicut Apostolus ait: Qui
Episcopatū desiderat, bonum opus (idest ministerium) desiderat. Sed male cu-
pit cum fuda (vt omnes Patres admonent) eum sui gloriam, & commoda pre-
fert. Episcopatus n. via erat ad martyrium, & labores ingentes, ii qui rectè pro-
prio velint officio fungi. Idem nunc affero de Principibus laicis, quod nullus sit
Populi Christiani Dominus, sed seruus, & principalis minister. Dux, Rex, Defen-
sor, & Pastor ouium Christi. Idcirco, & Imperator in Codice, vocat seipsum
seruum Ecclesie Dei. Quid autem est Ecclesia, nisi Populus Christianus, vna cù
suis Prelatis? Igitur si ita per dolum, & mendacium insidiōse non loquuntur
Imperatores, debent seipso seruos Dei agnoscere in hoc ministerio regendi o-
nes eius, quibus, & Dei amore serujunt.

Prælati, ac Reges, Pastores sūt, veluti Homerus dixit, & Chrysostomus: sed
hi subordinantur illis quoniam isti in corporalib; ministeriis, illi vero in spiritualibus.
Haud quaquā iure igitur valēt tollere bona, aut vitā vassallis, aut noua impo-
nere pedagia, vel partē Regni aliena re proprio arbitratu, & cupiditate, & luxu;
nisi quā nūs expedit Populo secundum Deum. Vtrum autēm expedit iuxta
legē quā regula est à Deo nobis data, examinandum est. Vbi autēm lex circā
illud particulare nō extat, sufficit arbitriū Principis. Zelo Dei, & proximorū pre-
dit; quē tamē absq; Senatus consilio in grauioribus decernere nob̄. Nō mo-
dō enim Plato, & Lycurgus, & Romani, hoc seruarunt, sed etiā Moyses sa-
piēntes audiuit, & Dei monitu Senatum Instituit, vt abundet scientia agendorū
in eis, tamquam in horreo sita; & frenetur ambitio, et luxus eius. Cum autēm
deuiat à recto trāmite Princeps, aut Senatus, in rēbus grauioribus (non dico in
minimis, quoniam esset pedagogia præpediri) potest ac debet à Pontifice Maxi-
mo corrigi, sicut Theodosius in crudeli actione ab Ambroſio. Præfata autem
doctrinam declarauit etiā Christus S. Brigidae q. lib. c. 3 dicens. Rex non est
Dominus Coronę sed rector &c. Et postea Non est nisi mediator, & conservator
Regni, & Populi, & defensor, & lib. 7. cap. 16. conqueritur de Principibus,
ignorantē, & prauē dominatibus. Nunc, dicens Regna, puerilia sunt, & de-
libramenta, & latrocinia. Quia sicut latro querit modum, & tempus, quod in-
sidietur, & obtineat lucra nē notetur; Sic reges inquirunt quomodo genus eo-
rum eleuetur, quomodo pecunia in bursentur, quomodo subditi onerentur,
sapientē, & libentē faciunt iustitiam propter lucrum temporale, non propter
eternum. &c. Ac deinde contrā eos iudicium comminatur, & sepē numero.

**Argumentū contrā
majoritatem Dñij.
Papalis.**

Responsio

At Sotus contrā ait; Regem habere potestatem à Rep. Et idē esse Dominum
Papam verò à Deo, nec ergo esse Dominum, sed dispensatorem. At ego in
quā, ex hoc (dum tamē verum supponatur) argui, vt prudenter pronunciat S. Thomas in opuscl. 20 supra citatus, minoritatem Principum laicorum, & nō
majoritatem, qui n. à Deo, maior est, quā qui ab hominibus. quō magis erit
à Rep potestatem agnoscit, eō minus potest ipsā Rex suo arbitratu tractare, atq;
vti, & dominari; sed tamquam vnum ex eis, frater maior electus ad Regmen mi-
